[de oculo fr̄is tui] ſcʒ pꝰ q̄ emendaſti tuos
magnos defectꝰ. ¶ Circa p̄ns euāg. vbi d̄r
Eſtote miſericordes. Notandū eſt q̄ duo te-
nemur ꝓximo. ſ. cōpaſſionē cordis τ bn̄fici-
um oꝑis ſi aſſit facultas: a p̄mo nullus ex-
cuſat̄ q̄z oīs homo debet cōpati ꝓximo af-
flicto τ in neceſſitate ꝯſtituto: a ſcđo. ſ. bn̄fi-
cio oꝑis excuſant̄ multi. ſ. q̄n facultas de-
eſt: ſed ſi facultas adeſt tunc in neceſſitate
ꝓximo q̄libet tenet̄ ſubuenire. Vñ. j. Jo.
iij. Si q̄s habuerit ſubam huiꝰ mūdi τ vi-
derit fratrē ſuū neceſſe hr̄e τ clauſerit viſce-
ra ſua ab eo: quō charitas dei manet in eo:

q.d.nullo mō:ꝙ ſignū eſt, ꝙ charitas dei ñ eſt in illo hoīe. Uñ ex iam dictiſ patet ꝙ nō dare elemoſynā cum non habet:nō eſt ſig^{ns} ꝙ charitas dei ñ ſit in tali hoīe ſꝫ nō cōpati paupib⁹ ⁊ tribulatiſ eſt ſignuꝫ ꝙ charitas dei nō eſt ī eo. Uñ elemoſyna interioꝛ.ſ. compaſſio cordis ē maioꝛ elemoſyna ꝙ̄ datio nutrimēti. Seq̄tur ħ in euāg. Nolite iudicare. Uñ hic q̄rit: vtrū oīa dubia ſint ī melioꝛē ꝑtem interꝑtāda? Rñ. ſꝫ ſctm̄ Tho.ꝺ aq̄. ꝙ qui hꝫ malā opinionē ꝺ aliq̄ ſine cauſa legitima īiuriat eidē: ideo q̄libet ſol cauſa dubia dꝫ factū vel dictū ꝓximi ī meli⁹ interꝑtari. Et meli⁹ ē ꝙ aliq̄s freq̄nt fallat habēs bonā opionē ꝺ aliq̄ malo ꝙ̄ ꝙ rari⁹ fallat habēs malā opinionē ꝺ aliq̄ bono: q꞉ ex hoc ſit iniuria alicui: nō aūt ex ꝑ°. Hec ille. Sequitur nūc. Date ⁊ dabit vob. Uñ ħ querit. Utrū dare elemoſynā ſit ī ꝑcepto? Reſpondeo ſm ſanctū Tho. vbi.ſ. q꞉ cuꝫ dilectio ꝓximi ſit ī ꝑcepto: neceſſe eſt oīa illa cadere ſub ꝑcepto ſine q̄b⁹ dilectio' ꝓximi nō ſeruat: ad dilectionē auteꝫ ꝓximi ꝑtinet: vt ei nō ſolū' velim⁹ bonū: ſꝫ etiā opemur bonū ſm illud. j. Jo. iij. Non diligam⁹ ꝟbo' neq꞉ lingua: ſꝫ ope ⁊ veritate. Et iō elemoſynarū largitio ē ſub ꝑcepto debitiſ circūſtātijs obſeruatiſ: ꝙ in dante ſit ſupfluū ⁊ in recipiēte neceſſitas: alias eſt in ꝯſilio ⁊ non in ꝑcepto.

## Dominica. V. p⁹ octauas penthecoſtes. Euangeliū Lu. V.



In illo tempoꝛe. Cū turbe irruerēt ī ieſuꝫ vt audirēt ꝟbū dei. Et ipſe ſtabat ſecus ſtagnuꝫ genezareth: et vidit duas naues ſtātes ſecus ſtagnū. Piſcatoꝛes aūt deſcenderāt ⁊ lauabāt rhetia ſua. Aſcendens aūt ī vnā nauim q̄ erat ſimonis: rogauit euꝫ a terra reducere puſillū. Et ſedēs docebat de nauicula turbas. Ut ceſſauit aūt lo

¶ Poſtilla.

Cum turbe irruerēt ī ieſum. Lu. v. Hiſto. hui⁹ euāge. facta ē anno xp̄i. xxxj. viij. kalē. maij. feria. iiij. īdictione. iiij. luna. xv. Uñ initiū illi⁹ euange. ſcribit. ſ. Lu. ꝙ oēs q̄ habebāt īfirmos varijs langu⁹rib⁹ ducebant illos ad ieſū. At ille ſingulis man⁹ imponens curabat oēs. Poſt hoc ſeq̄t euāge. ho. [Cuꝫ turbe irruerēt ī ieſū] Hoꝛa: ecce turbarū deuotio: nunq̄ legit tantus ſcribarum ⁊ phariſeoꝝ ad xp̄m ꝯcurſus ꝓpt ꝟbuꝫ dei: dulcedinē eniꝫ ſuā de⁹ abſcondit a ſapiētib⁹ ⁊ prudētibus: ⁊ reuelat eam paruul': vtꝫ Mat. xj. [vt audirēt eū] q꞉ eſuriebāt audire ꝟbū dei: iō irruerūt in eū pre nimia deuotiōe audiēdi euꝫ [⁊ ipſe ſtabat ſecus ſtagnum genezareth] Ly. ē lac⁹ magn⁹: ꝑ quē trāſit ioꝛdāis: ⁊ aliq̄ñ vocat mare galilee: q꞉ trāſit ꝑ mediuꝫ galilee [⁊ vidit duas naueſ ſec⁹ ſtag^{m}]. i. ad litt⁹ ſtagni [piſcatoꝛes āt ꝺſcēderāt]. ſ. ꝺ nauib⁹ ī litt⁹ [⁊ lauabāt retia]. ſ. amouētes ī mūdiciaſ vt retia plicarēt [aſcēdēſ āt ī vnā naui q̄ erat ſimōiſ]. i. petri [rogauit eū a terra reducē puſillū] Ly. vt ꝺ naui ppl'ꝫ ſedē

tem in littore ꝯuenienti⁹ doceret [ꝛ ſedens tanq̄ doctoris auctoritate vtens [de nauicula docebat turbas vt aūt ceſſauit loq̄ ].i. poſtq̄ finiuit ſermonem ſuū [dixit ad ſimonem ].i. ad petrū [duc in altum ] Ly. hoc ē ad locū aque magis ꝓfundū qui eſt ꝯuenientior ad piſcandum [ꝛ laxate rhetia vr̄a in capturā ] ſcʒ piſciū [ꝛ r̄ndens petr⁹ dixit: Preceptor ꝑ totā noctem laborātes nihil cepim⁹ ] Ly. q꞉ q̄uis diligētiā magnam adhibuerimus [in v̄bo aūt tuo ] Hor. id eſt. in obediēdo verbo tuo [laxabo rhete: ꝛ cum hoc feciſſent ] .i. cum laxaſſent rhetia ī verbo dn̄i [ꝯcluſerūt piſciū multitudinē copioſam ] Hor. obediebāt piſces chriſto cui ſubiecta ſunt oīa: volucres celi ꝛ piſces marꝫ: pš. vij [rumpebat aūt rhete eoꝝ ] Ly. ex quo patet duͬ miraculū Primū q̄ ceperūt magnaꝫ multitudinē piſciū ſupra modū inſolitū ꝛ impoſſibilem ꝑ viā humanam. Scđo q̄ illa mag̃ multitudo piſciū tenebat in rheti rupto [ꝛ ānuerūt ſocijs q̄ fuerūt in alia naui vt venirēt ꝛ adiuuarēt eos: et venerūt ꝛ impleuerūt ambas nauiculas ita vt pene mergerent: qđ cū videret ſimon petr⁹ ] Hor. ſ. q̄ ad p̄mū verbū dn̄i cepiſſet tam ineffabilē multitudinē piſciuꝫ [ꝓcidit ad genua ieſu ] tanq̄ dn̄m ſuū cogſcēs [exi a me dn̄e ].i. recede [q꞉ hō pctōr ſuꝫ ] Ly. reputabat enī ſe indignū p̄ſentia xp̄i: ſimili mō dixit cēturio. Mat. viij. Dn̄e nō ſū dignus vt intres ſub tectū meū [ſtupor enim

qui dixit ad ſimonē. Duc ī altū ꝛ laxate rhetia vr̄a ī capturā: ꝛ reſpondēs petr⁹ dixit illi. Preceptor: ꝑ totā noctē laborantes nihil cepim⁹. In v̄bo autē tuo laxabo rhete. Et cū hoc feciſſent ꝯcluſerūt piſciū multitudinē copioſam rūpebat aūt rhete eoꝝ: ꝛ ānuerūt ſocijs q̄ erāt ī alia naui: vt venirēt et adiuuarēt eos: ꝛ venerūt ꝛ impleuerūt ambas nauiculas ita vt pene mergerent. Qđ cū videret ſimon petrus ꝓcidit ad genua ieſu dicēs: Exi a me dn̄e q꞉ hō peccator ſum. Stupor enī circūdederat eū: ꝛ oēs q̄ cū illo erāt ī captura piſciū quā ceperāt. Silr aūt iacobū ꝛ iohānē filios zebedei: qui erāt ſocij ſimonis. Et ait ad ſimonē ieſus. Noli timere ex hoc iam eris hoīes capiens: ꝛ ſubductiſ ad terrā nauib⁹: relictiſ omnibus ſecuti ſunt eum.

circūdederat eū ].i. admiratō mag̃ ꝓpt̃ facta xp̄i inſolita [ꝛ oēs q̄ cū eo erāt in captura piſciū quā cepant. Silr aūt ꝛ ſtupor circūdederat iacobū ꝛ iohānē filios zebedei: q̄ erāt ſocij ſimōis ] iſti filij zebedei erāt in alia naui ꝛ erant ꝯſanguinei xp̄i. ſ. filij ſororꝭ b̄tē marie v̄gis [et ait ad ſimonem ieſus ].ſ. ip̄m ꝯſolā⁹ [noli timē ex hoc ] id ē. decetero [eris homines capiens ] per ſanam doctrinam trahens ad vitam eternam. Hoc p⁹ modū dn̄ſū eſt vt habet Act. ij. vbi petr⁹ in vno ſermone ꝯuertit tria milia iudoꝝ [ꝛ ſubductiſ ad terrā nauib⁹ relictꝭ oīb⁹ ].ſ. nauibus ꝛ nauiū inſtr̄is [ſecuti ſūt eū ].ſ. ſimon Petrus ꝛ alij qui erant cum eo.

¶ Circa p̄ſens euāgelium vbi dicitur: Irruerent ī ieſum vt eum audirent. Hug. de prato dicit q̄ triphariē homines diuiduntur circa verbum dei: quidaꝫ audiūt ꝛ nō faciunt: et iſti ſunt mali ꝛ acriter verberanrur. Unde Luce. xij. Seruus ſciens voluntatem domini ꝛ non faciens: plagis multis vapulabit. Quidam nec audiunt nec faciunt: ꝛ iſti ſunt peſſimi: quia contemnunt ꝛ audire ꝛ facere: ꝛ quodlibet iſtorum poteſt eſſe peccatum mortale: quia q̄uis aliqua ignorantia excuſet ſ꞉m illud. j. ad Timoth. j. Ideo miſericordiam conſecutus ſum: quia ignorans feci in incredulitate: tamen ignorantia craſſa ꝛ ſupina ꝛ affectata ñ excuſat: imo ꝺ ſe p̄t eē mortale cū ſeget a reg̃ xp̄i. j. Coꝛ. xiiij. qui igrat igra-

bitur. Quidã audiũt vbũ dei ⁊ faciũt ⁊ iſti
ſũt bti: vtz Lu. xj. Bti q̃ audiunt vbũ dei
et cuſtodiunt illud.

¶ Poſtilla.

Niſi abũda-
uerit iuſti-
cia vr̃a plꝰ
Mat. v. Hiſto. hꝰ
euãge. facta ẽ anno
xp̄i. xxxj. ydꝰ julij.
feria. v. lũa. xvj. in-
ditiõe. iiij. Añ initi
um hꝰ euãg. ſcribit
ſan. Mat. ꝙ xp̄ſ di
xit diſci. ſ. Sic luce
at lux vr̃a corã ho.
vt vide. ope. vr̃a bo
na ⁊ glorificẽt pa.
ve. q̃ in cel' ẽ. Noli
te putare q̃m veni
ſoluere legẽ aut ꝓ-
phetas nõ veni ſol
uere ſʒ adimplere.
Amẽ dico vob do-
nec trãſeat celum ⁊
terra iota vnuz aut
vnꝰ apex ñ ꝑteribit
a lege donec oĩa fi-
ant. Itẽ apex maſ-
ge. dr̃ ſũmitas a pe
dibꝰ remota: ⁊ q̃ñꝙ
apex dr̃ lucerna: et
ꝓp̄e dñr apices lr̃e
ille alte q̃ in fronti-
ſpitijs muroꝝ ſcri-
bunt. Frõtiſpitiũ
dr̃ frõtiſ ſpaciũ: ⁊ q̃li
bet lr̃a dicit q̃ñꝙ
apex. Itẽ ſʒ Aug.
ſuꝑ illud Mat. v.
Iota vnũ aut vnus
apex ⁊c. Iota ẽ mi
nor de ceteris lr̃is
apex ẽ in ſũmitate
ip̄iꝰ ꝑticula. Tunc

Dominica. VI. pᵒ octauas pen
thecoſtes. Euange. Mat. V.



In illo tem-
pore. Di. i. di. ſ. Amẽ di-
co vob. Niſi abũdauerit iuſticia
vr̃a plꝰ q̃ȝ ſcribarũ ⁊ phariſeoꝝ:
nõ intrabitiſ ĩ regnũ celoꝝ. Audi
ſtis q: dictuz ẽ antiq̃s. Non occi-
des: q̃ aũt occiderit: reꝰ erit iudi-
cio. Ego autem dico vobis: quia
omnis qui iraſcitur fratri ſuo re-
us erit iudicio. Qui autem dixe
rit fratri ſuo racha: reꝰ erit ꝯſilio.

pᵒ modũ ſequit euãg. ho. [Niſi abũdauerit
iuſti. ve. plꝰ q̃ ſcri. ⁊ phari. nõ intrabitiſ ĩ re
gnũ celoꝝ] Sciẽdum ꝙ iuſticia ſcribarũ ⁊
phariſeoꝝ erat falſa: q: ſolũ cauebant ſibi a
mal' opibꝰ exteriorib' ⁊ ñ a mal' volũtatibꝰ
putãtes ꝑcepta dei ꝓhibitiua eẽ ſolũ ꝑ ma
la opa exteriora: quibus vnus alteri nocet:
et non ꝓhibitos eſſe actus interiores. ſcili-
cet rancores: odia. malas volũtates: ⁊ deſi-
deria nocẽdi. Ly.
et eodẽ mõ dicebãt
de hoc ꝑcepto ñ oc
cides ꝙ ꝑ hoc ꝓhi-
beat occidẽdi factũ
et nõ occidẽdi ꝓpo
ſitũ: ⁊ hoc ẽ q̃d xp̄s
dicit [audiſtiſ q: di-
ctũ eſt antiq̃s. Non
occides] ſcʒ hoiem
[q̃ autẽ occiderit]
actualiter ⁊ iniuſte
[reus erit iudicio]
Ly. i. teſtiũ accuſa
tione vt legis iudi-
cio puniat. i. morte
corꝑali q: lex punit
ſm taliõnẽ. Unde
Geñ. ix. Quicunꝙ
effuderit humanũ
ſanguinẽ fundetur
ſanguis eiꝰ. Item
Exo. xxj. Oculũ ꝓ
oculo: dentem ꝓ
dente: [ego aũt di-
co vob] Goz. i. plꝰ
impono vob [oĩs q̃
iraſcit] motu inte-
rioris odij [fratri
ſuo]. ſ. ꝑſone ⁊ nõ
vicio: vt ſic iam ꝑ
viciũ nõ ꝑ zelũ [re'
erit iudicio]. i. di-
gnꝰ accuſatiõe apd
deũ [q̃ autẽ dixerit
fratri ſuo racha] ſʒ
Aug. Hierony. et
Chryſ. Racha eſt
q̃dã vox ꝑrũpẽs c
tra: ſignificãs pu-
penſionẽ vel vilip-
ſionẽ: vel etiã vox interiectiua q̃ orit ex indig
natiõe ꝯtra aliquẽ quẽadmodũ ach: ſheu: ⁊
ꝯſiles q̃ oñdũt motũ indignãtiſ animi [reus
erit ꝯſilio]. i. ꝯſenſu iudicũ eſſe dandã ſen-
tentiã ꝯtra eũ: ⁊ dictandã ſibi penã: q: pec
catũ eiꝰ venit ĩ noticiaz hoĩum ꝑ exteriꝰ ſi-

gnū indignātis animi [q̄ aūt dixerit fatue] id eſt. q̄ vſq; ad verba ɔtumelioſa ꝓceſſerit [reuſ erit gehēne ignis] q̄ eſt certa dānatio et eterna [ſi offers munus tuum ad altare]. id eſt. ſi offerre proponis munus boni operis chriſto [⁊ ibi recordat⁹ fueris quia frater tu⁹] ſcʒ quē leſiſti [habʒ aliquid aduerſum te] pro illata iniuria [relique ibi munus tuum ante altare] ſiue coram deo: non dicit reporta: quia deus non munus repellit ſʒ charitatem proximi q̄rit [⁊ vade pri⁹ recōciliari fratri tuo] Ly. hoc poteſt intelligi dupliciter. Uno modo pedib⁹ corporis: ⁊ hoc debet fieri ſi cōmode poſſit haberi ipſius fratris offenſi ꝑſentia: ſi autem nō poſſit ſufficit ad eū ire pedibus mētis: qḋ fit quando habet ꝓpoſitum ſatiſfaciendi loco ⁊ tempe cōpetenti: ⁊ hoc modo vtitur eccleſia romana: quando reuʒ ɔfitentem abſoluit et ſibi ſatiſfactionē leſo fiendam imponit [reconciliari fratri tuo] Hor. ſi leſeris ſatiſfaciendo vl' veniam petendo: ſi oderis rancorē deponendo: ſi te oderit ad amicitiam reuocando. Unde etiam Chryſoſto. Si cogitatu offendiſti cogitatu reconciliare: ſi verbis ꝟbis: ſi factis factis [⁊ tūc] poſt reconciliationem [veniens offeres munus tuum]. Greg. Manus non accipitur: niſi ante diſcordia ab animo repellatur.

Qui aūt dixerit fatue: re⁹ erit gehenne ignis. Si aūt offers mun⁹ tuū ad altare: ⁊ ibi recordat⁹ fueris qꝛ frat' tu⁹ hʒ aliqd adūſum te Relinq̄ ibi mun⁹ tuū añ altare: ⁊ vade ꝑus recōciliari fri tuo: ⁊ tūc veniēs offeres mun⁹ tuū.

Dominica. VII. poſt octauas penthecoſtes. Euā. Mar. VIII.



In illo tempore. Cū turba plima eſſet cū ieſu nec hñt qḋ manducarēt: ɔuocatiſ diſcipulis ait: Miſe

Poſtilla.

Cum turba plurima eſſet cum Jeſu ⁊c. Marci. viij. Math. xv. Lu. ix. Jo. vj. Hiſtoria huius euange. facta ē anno chriſti. xxxij. xij. kalē. Julij. ſabbato. luna. xiij. indictione. v. Añ initium illius euange. ſcribitur Mat. xv. ꝙ acceſſerunt ad ieſuʒ turbe multe habentes ſecum multos claudos cecos debiles: ⁊ alios infirmos multoſ: ⁊ ꝓiecerunt eos ad pedes eius: ⁊ curauit eos ita vt turbe mirarent. Uidētes autem mutos loquētes: claudos ambulantes: ⁊ cecos videntes magnificabant deum iſrael: ꝙ dicit euange. hodiernū [Cū turba plurima eſſet cum Jeſu: nec haberent qḋ manducarent] Hec turba ſequebat' dominū ieſum ꝓpter verboꝝ ſuoꝝ dulcedinem: ⁊ ꝓpter infirmoꝝ ſanationem [ɔuocatiſq; diſcipulis ait: Miſereor ſuper turbam] Ly. hoc predixit diſcipulis vt ipſos induceret ad pietatē [qꝛ iam triduo ſuſtinent me] Ly. quia tm̄ afficiebant' ad doctrinā chriſti audiendā ⁊ videndū ei⁹ miracula ꝙ ꝑ tres dies nō redierant ad loca ꝓpria: manētes cū xp̄o in loco

deſerto ꝛ ſub diuo: ex q̄ patet eoꝝ deuotio: [nec hn̄t qđ māducēt] Ly. qꝛ cibaria q̄ de domib⁹ ſuis aſportabāt iam erāt ꝯſumpta: ideo nec p̄ma die nec ſcđa die hoc miraculū fecit: tū qꝛ alimēta habebāt: tū qꝛ magis apparuit tunc hoc miraculū qn̄ eis victus oīno defuit [ꝛ ſi dimiſero eos ieiunos ī do^m ſuaꝫ deficient in via: q̄dā enī ex eis đ longe venerunt] Jaco. Illi de longe veniunt q̄ de pctīs ſe ad deū conuertunt. Unde pš. cxviij. Lōge a peccatorib⁹ ſalus ꝛc̄ [ꝛ rn̄derīt ei diſcipuli ſui. Vn̄ iſtos poterit h̄ q̄s ſaturare panib⁹ in ſolitudine] q̄ſi diceret: loc⁹ iſte deſertus eſt: ꝛ ville multū diſtāt ideo n̄ poſſum⁹ hr̄e ad ſaciandū tātā multitudinē ppl̄i ꝛ tā famelicā [ꝛ interrogauit eos. Quot panes habetꝭ? Qui dixerūt. Septeꝫ] quod erat q̄ſi nihil reſpectu tāte mltitudīs. Remi. Nō inī̄rogat dn̄s q̄ſi neſciens q̄t panes hr̄ent: ſed ad hoc vt cum rn̄derēt ſeptē quo pauciores dicerēt panes eo magꝭ miraculū diffamaret ꝛ notius fieret [ꝛ precepit turbe diſcūbere ſup terrā: ꝛ accipiens ſeptem panes grās agens fregit] multiplicauit auteꝫ xp̄s panes. Primo bn̄dicēdo: p qđ inſtruimur q̄ cibū bn̄dicere debem⁹. Scđo frangendo: ad innuendū q̄ in nr̄is ꝯuiuijs pauperib⁹ panē frangere debem⁹. Tertio gratias agendo: ad innuendū q̄ in nr̄is refectionib⁹ grās agere debem⁹. Vn̄ Remi. ſup Mat. In eo q̄ grās egit: nob̄ reliq̄t exemplū: vt de oīb⁹ donis celit⁹ collatꝭ grās referam⁹ [ꝛ dabat diſcipulis ſuis vt apponerent: ꝛ appoſuerūt turbe] Vn̄ Beda: q̄ dominꝰ diſcipulis dedit panes vt apponerēt turbe deſignat q̄ ſpūalis ſcīe dona tribuit aplis: ꝛ p eoꝝ miſteriū voluit eccl̄ie vite cibaria diſtribui [ꝛ hēbāt paucos piſciculos q̄s ſimilit̄ bn̄dixit ꝛ iuſſit apponi] Unde notandū q̄ dn̄s dedit eis panes: ꝛ panis ē cibus q̄ ſuſtentat̄ vita et ſignificat v̄bum dei: ꝛ dedit eis piſces ad ꝯdimētū cibi: p q̄s ſignant̄ exempla: ꝛ ita dn̄s deſignauit q̄ pani .i. v̄bo dei addenduꝫ eſt ꝯdimētū boni exempli: magꝭ eī ſuadēt exēpla q̄ v̄ba [ꝛ ſuſtulerūt qđ ſuperauerat đ fragmētis ſepte ſportas] Jaco. Voluit auteꝫ xp̄s vt colligerent fragmēta. Primo ꝓpt̄ exēplū In hoc dat̄ nob̄ exēpluꝫ vt ea q̄ nob̄ ſupſunt vl̄ etiaꝫ q̄ nob̄ ieiunando ſubtrahim⁹ pauperib⁹ erogem⁹. vn̄ Aug. De tuo ieiunio fames pauperiſ ſatiet̄. Scđo ꝓpter documētum: vt ex hoc inſtruamur: q̄ illiſ q̄ ſunt miſercordes paupib⁹: tpalia mltiplicant̄: hoc patꝫ. iij. Reg. xviij. in vidua q̄ heliā pauit cui dn̄s farinā multiplicauit ꝛ oleū [Erāt aūt q̄ māducauerūt q̄ſi q̄ttuoꝛ milia] .ſ. viri exceptꝭ mulierib⁹, ꝛ puulis q̄ in lege nō numerabātur [ꝛ dimiſit eos] ſciliċ redire ad ꝓpria.

¶ Circa pn̄s euāg. vbi đr. Accepit ieſus ſeptē panes: eſt diligent̄ notāduꝫ q̄ hec refectio differt ab illa de q̄nq̄ panibus hordeaceis ꝛ duob⁹ piſcib⁹: quā ponit Jo. in euāge. ſuo c̄ptū ad ſex. Pr̄o qꝛ ibi fuerīt q̄nq̄ panes: h̄ v̄o ſeptē. Scđo qꝛ ibi fuerūt hordeacei: h̄ v̄o triticei. Tertio qꝛ ibi fuerunt duo piſces ſolū: h̄ v̄o plures lꝫ pauci ꝛ parui. Quarto qꝛ ibi ſederīt ſup fenū: h̄ v̄o ſup terrā. Quito qꝛ ibi fuerīt q̄nq̄ milia hoīm ad māducandū: h̄ v̄o q̄ttuoꝛ milia. Sexto

reoꝝ ſup turbaꝫ: qꝛ ecce iā triduo ſuſtinēt me nec hn̄t qđ māducēt. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domū ſuā deficiēt ī via: q̄dā eniꝫ ex eis đ longe venerīt. Et rn̄derīt ei diſcipli ſui. Vn̄ iſtos poterit h̄ qſ ſaturare pāib⁹ ī ſolitudie? Et interrogauit eos: q̄t panes hētꝭ? Qui dixerīt ſeptē. Et p̄cepit turbe diſcūbere ſup terrā. Et accipiēs ſeptē panes: grās agēs fregit ꝛ dabat diſcipulis ſuis: vt apponerēt: et appoſuerīt turbe. Et hēbāt piſciculos paucos: ꝛ ipos bn̄dixit ꝛ iuſſit apponi. Et māducauerūt et ſaturati ſūt. Et ſuſtulerīt qđ ſuperauerat de fragmētꝭ ſeptē ſportas. Erāt aūt q̄ māducauerāt q̄ſi q̄ttuoꝛ milia: ꝛ dimiſit eos.

qr de illis duodecim cophyni fragmentoꝝ fuerūt eleuati: h̄ aūt ſeptē ſporte fuerūt eleuate plene.

## Dominica. VIII. poſt octauas penthecoſtes. Euāg. Mat. VII.



In illo tempore. Di.i.di.ſ. Attēdite a falſ ꝓphetiſ q̄ veniūt ad vos in veſtimētiſ ouiū: intriſecꝰ āt ſūt lupi rapaces: a fructibꝰ eoꝝ cogſcetis eos. Nunquid colligunt d̄ ſpinis vuas aut d̄ tribul' ficuſ? Sic oīſ arbor bona fructꝰ bonos facit: mala aūt fructꝰ malos facit. Nō p̄t arbor bona fructꝰ malos facere: neq̧ arbor mala fructus bonos facere. Oīs arbor que nō facit fructū

¶ Poſtilla.

Attendite a falſis ꝓphetis ⁊c̄. Math. vij. Lu. vj. Diſto. hꝰ euāg. facta ē āno xp̄i. xxxj. ij. ydꝰ Julij. feria v. luna. xvj. inditione. iiij. Ān initiū illiuſ euāg. ſcribit. ſ. Mat. ī eo. c. q̄ xp̄s dixit diſci. ſ. Omīa q̄cūq̧ vultiſ vt faciant vob homīes ⁊ vos facite eis ſimilit̄: hec ē eniz lex et ꝓphe. Intrate ꝑ anguſtā portā: qr lata eſt porta ⁊ ſpacioſa via q̄ ducit ad ꝑditionez ⁊ multi ſūt q̄ intrāt ꝑ illam: q̄ anguſta porta ⁊ arta via eſt que ducit ad vitā ⁊ pauci ſūt qui inueniūt eaz. Et pꝰ modū ſtatim ſequit̄ euāg. ho. [Attēdite a falſ ꝓphetis] In hoc euāg. docz dn̄s fideles ſuos ſibi diligent̄ cauere a falſ ꝓphetiſ ⁊ peruerſis xp̄ianis: qui v̄bis ꝯfitent̄ deū ⁊ factiſ negāt: ḡ dicit: [Attēdite] .i. diligent̄ cauete [a falſ ꝓphetis] Hor. i. a deceptoribꝰ: hereticis: hypocritiſ: ⁊ falſis xp̄ianis: ⁊ hmōi et hoc ideo ne taleſ corrupta vita ſua ⁊ mal' moribꝰ fideles alliciāt ad mala: ⁊ ſingularit̄ āmonet eos cauere ſibi ab hypocritis dicēs [Qui veniūt ad vos in veſtimētis ouiū] .i. ſimulatiōe exterioris ſctītatiſ [intriſecus aūt ſunt lupi rapaces] qr interiꝰ ſunt pleni malo: ſimulantes exteriorē ſctītatē ꝓpter inanē gloriā ⁊ mūdanā laudē: aut ꝓpt̄ tpalis aliq̄ cū alioꝝ dāno [a fructibꝰ eorū] .i. opibus [cogſcetiſ eos] ſcz finalit̄ qr hypocrite ⁊ heretici diu latere nō pn̄t q̄n erūpāt in aliquo ſig̃ ꝑ qḋ ſe ꝓdant: qr ſicut nūq̄ vel vix pōt igniſ abſcōdi q̄ fumū nō remittat: ſic ſimulator vix p̄t diu latere q̄n ſigno v̄bo vel oꝑe ſeipm oñdat [nunquid colligūt d̄ ſpinis vuas] .i. oꝑa iuſticie [aut d̄ tribuliſ ficus] .i. ſ. humil' cōuerſatiōis ad deuz [ſic omis arbor bona] .i. hō hn̄s bonā volūtatē [bonos fructꝰ facit] Ly. qr talis vt ſic ſemꝑ facit oꝑa bona. Unde Orig. Arbor bona eſt bonꝰ hō: hn̄ſ bonā volūtatē: radices ſūt cogitationeſ folia v̄ba: fructus opera. Notandū q̄ hō bonꝰ poteſt bonam voluntatē deſerere: ⁊ ſic mala arbor fieri: v̄bi gr̄a. Judas q̄ diu in vocatiōe apoſtolica ꝑmanſit bona arbor fuit: ⁊ pꝰ modū malū fructū ꝓtulit q̄n xp̄m tradidit. Magdalena i p̄mis mala arbor fuit q̄n peccauit ⁊ pꝰ modū bona arbor q̄n penituit: ⁊ ſic tūc bo$^{m}$ fructū ꝓtulit [oīs arbor: q̄ n̄ fac̄ fructū bo$^{m}$ excidetꝰ] Hor. a ꝯſortio oīm beatoꝝ: quod eſt grauiſſimū

in dānatꝫ suppliciū[ ⁊ in ignē mittetꝛ ]scilicet gehēne. Chryſ. due sunt pene: excidi ⁊ in ignē mitti[ igitꝛ ex fructib⁹ eoꝝ cognoscetꝭ eos ].s. in futuro: quis heretici ⁊ hypocrite ⁊ falsi xp̄iani i hoc seculo nūq̄ non plene cognoscant: tñ pacto p̄nti seculo ex fructib⁹. i. ex finalibus eoꝝ p̄miſſ ⁊ retributionib⁹ mãifeste cognoscentꝛ q̄les fuerūt[ nō ois q̄ dic̄ mi bi: dn̄e dn̄e itrabit i reg^m celoꝝ ]semel dicit q̄ credit corde bis q̄ etiã fidē ꝯfitetꝛ ore ſꝫ non ope. Et talꝰ nō intrabit i reg^m celoꝝ [ ſꝫ q̄ fac̄ volūtatē p̄ris mei q̄ in celꝭ ē ]. i. q̄ hꝫ verā fidē xp̄i i corde ⁊ eandē ꝯfitetꝛ ore: et cū hoc opatꝛ opa ad fidē ptinētia: ⁊ maxime q̄ seruat mandata dei. Talꝰ dicit ter dn̄e: ⁊ talis facit volūtatē dei ⁊ sic cōseq̄ntꝛ[ ipe intrabit in reg^m celoꝝ ] vtꝫ Math. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. ¶ Circa p̄ns euãg. vbi dr̄ Oīs arbor bona bonos fruct⁹ fac̄. Notandū q̄ Hu. d̄ prato dicit: q̄ op⁹ ꝟtutis dr̄ bonū ꝓpꝛ q̄tuor. Primo qꝛ est a bono. s. deo: hoc patet: qꝛ ipe est optimū ⁊ summū bonū: vt patet Esa. xxxvj. Oīa opa nr̄a opat⁹ es i nob dn̄e. Opa mala sunt a diabolo instigãte: ⁊ a mala volūtate opantꝭ: vtꝫ Jo. viij. Mēdax est ⁊ pr̄ ei⁹. Scd̄o qꝛ ꝓcedit de loco bono scꝫ de celo: vtꝫ Jaco. j. Oē datū optimū: ⁊ oē donū p̄fectū desursū est ⁊c̄. Itē ꝓcedit d̄ corde bono: vtꝫ Mat. xij. Bon⁹ hō de bono thesauro cordis sui ꝓfert bonū. Maluꝫ aūt op⁹ d̄ malo ꝓcedit. s. d̄ regiōe demonū d̄ ꝯcupia carnis: ⁊ d̄ malicia mundi: vtꝫ. j. Jo. v. Tot⁹ mūdus i malig̃ posit⁹ ē. Tertio qꝛ facit hoīeꝫ bonū: nihil eni est qd̄ facit hoīeꝫ bonū nisi op⁹ ꝟtutꝭ: neq̄ dignitas: neq̄ diuitie: neq̄ scia: neq̄ aliq̄d aliud. Vñ Aristo. ij. ethi. Virt⁹ est q̄ hn̄tē bonum facit ⁊ op⁹ eius laudabile reddit: malū āt op⁹ hoīeꝫ malū facit: q̄ tñ naturalitꝛ bon⁹ ē vtꝫ Osee. ix. Facti sunt abomīabiles: sicut ea q̄ dilexerūt. Quarto bonū op⁹ oīb⁹ placet ⁊ sapit hn̄tib⁹ rectū ⁊ n̄ infectū gustū. Nā bonū est qd̄ oēs hoīes appetūt. Vñ Boe. d̄ ꝯso. phi. Mentibus hoīm naturaliter inserta ē cupiditas veri boni ⁊c̄. Etiā ipꝭ malꝰ bonū op⁹ videtꝛ bonū q̄uis inīdū ꝓpꝛ corruptionē gust⁹ n̄ sapiat ipꝭ malꝰ. Unde bonū op⁹ deo ⁊ hoībus placet: vtꝫ Eccle. xlv. Dilectus deo ⁊ hoīb⁹ moyses: qꝛ. s. bon⁹ erat ⁊c̄. malū aūt q̄si oībus displicet ac etiam ipꝭ malꝰ: qñ. s. rōne vtūtꝛ ⁊ redeūt ad seipos. Quito: qꝛ ad locū bonū ducit. s. ad celū: q̄ ē loc⁹ btōꝝ: vtꝫ Mat. xxv. Venite bñ. pa. m. pos. ⁊c̄. Mala āt opa ad malū locū ducūt. s. ad infernuꝫ vtꝫ Lu. xvj. Mortu⁹ ē diues ⁊ sepul. ē i inferno. Vñ etiā Mat. xxv. Ite male. in ig. et.

bonū excidetꝛ ⁊ i ignē mittetꝛ. Igitur ex fructib⁹ eoꝝ cognoscetꝭ eos. Nō ois q̄ dicit mihi dn̄e dn̄e intrabit i regnū celoꝝ: ſꝫ q̄ facit volūtatē p̄ris mei q̄ i celꝭ est: ipe intrabit in regnū celorum.

## Dominica. IX. p⁹ octauas penthecostes. Euange. Lu. XVI.



In illo tempore. Di. i. di. s. para. hãc

Homo q̄dã erat diues ¶ Postilla. Lu. xvj. Histo. hui⁹ euãge. facta ē an.

Homo q̃dam erat diues q̃ habe-
bat villicum: ⁊ hic diffamatꝰ eſt
apud illum quaſi diſſipaſſꝫ bona
illiꝰ:⁊ vocauit eũ ⁊ ait illi:Quid
hoc audio de te:redde rationem
villicationis tue:iam enĩ nõ pote
ris villicare:Ait autẽ villicus in-
tra ſe.Quid faciã qꝛ dñs meꝰ au
fert a me villicationẽ:fodere non
valeo:mendicare erubeſco.Scio
quid faciã:vt cum amotus fuero
a villicatiõe recipiãt me ĩ domos
ſuas:Cõuocatis itaq ſingulis de
bitoribus domini ſui:dicebat pri
mo.Quantum debes dño meo:
At ille ait:Centum chados olei.

no chriſti.xxxij.v.kalen.Octob.dñica.lu
na.xiij.inditiõe.v.Ante initiũ illiꝰ euãg.
ſcribit ſanctꝰ Lu.de filio ꝓdigo q̃ diſſipa-
uit oẽm ſubam ſuã viuẽdo luxurioſe: ⁊ pꝰ-
modũ cepit egere:⁊ cupiebat implere ven-
trem ſuũ de ſiliquis
quas porci mandu-
cabant: ⁊ nemo illi
dabat:q̃ ſurgẽs ve-
nit ad patrẽ ſuũ di.
Pater peccaui ĩ ce
lum ⁊ coraꝫ te:iam
non ſum dignꝰ vo-
cari filius tuꝰ ⁊ quo
modo pater cũ gau
dio ſuſcepit eũ ⁊ fe-
cit ꝯuiuiũ ſolenne
di. Hic filius meus
mortuꝰ erat ⁊ reui-
xit:perierat ⁊ inuẽ-
tus eſt. Hoc euãg.
legit̃ in q̃drageſi-
ma ſabbato añ dñi-
cam Oculi. Tunc
poſtmodũ ſequitur
euãg.hodier.[Hõ
q̃dam] Ly.i.ipſe
deus ꝓ nob̃ huma-
natus[erat diues]quia ipſiꝰ ſunt celũ ⁊ ter
ra ⁊ oĩa in eis ꝯtenta.Unde pſ̃.xxiij.Dñi
eſt terra ⁊ plenitudo eiꝰ orbis terrarũ ⁊ vni
uerſi qui habitant ĩ eo[q̃ habebat villicũ]
Ly.i.diſpẽſatorẽ cui tradidit bona ſua ad
diſpenſandũ:⁊ ſic q̃libet homo eſt villicus
dei:eo ꝙ deus cuilibet hoĩ cõmittit guber
nandas ⁊ ad voluntateꝫ dñi ſui diſpenſan-
das triplices res.ſ.res tꝑales:corpꝰ: ⁊ ani
mã:⁊ hoc eſt ꝯtra illos q̃ dicunt:ego ſuꝫ do
minus oĩum facultatũ mearũ.Unde Am-
bro.Bona hoĩs non ſunt q̃ ſecum ferre nõ
poteſt[⁊ hic diffamatꝰ ẽ apud illũ q̃ſi diſſi-
paſſet bona illius]qđ frequent̃ ꝯtingit q̃n
quis male vtit̃ his que ei a deo cõmiſſa ſũt
ſcꝫ expendẽdo in ſupbia:in crapula: in lu-
xuria:⁊ ſic de aliis vel vires ſui corporis in
peccatis ꝯſumit[⁊ vocauit illum]Hoz.vo
cat dñs quẽlibet hoĩem inſpiratioĩbꝰ inte-
riue:p̃dicationibꝰ exteriꝰ:beneficijs flagel
lis ⁊ incutiẽdo terrorẽ extremi iudicii:⁊ ti-
morem eterne dãnationis[⁊ ait illi:q̃d hoc

audio de te]q.d.eſt ne hoc verũ:diſſipaſti
tꝑalia:inq̃naſti corpus:⁊ aĩam in pctĩs tuis
occidiſti[redde rationẽ villicatõis tue]qđ
erit in morte hoĩs:tunc enĩ oportet hoĩem
reddere rationẽ de oĩbus ſibi cõmiſſis vſq
ad vltimũ quadrã-
tem[ait aũt villicꝰ
intra ſe.Quid faci
am]Sic pctõr in-
tra ſe cogitare debꝫ
q̃d faciam vt eternã
damnationẽ euadã
[qꝛ dñs meus au-
fert a me villicatio
nem].i.diſpẽſatio
nem oĩum rerũ mi-
hi cõmiſſarũ:qꝛ tũc
amplꝰ nõ erit tem-
pus merẽdi neq pe
nitẽdi[fodere ñ va
leo:mendicare eru-
beſco]Conſideran
dum eſt ꝙ ĩ alia vi-
ta homo nõ põt bo
na opari q̃bus me-
reat̃ ⁊ iuuetur ad
gloriã:nec põt mẽ-
dicare.i.orando ob
tinere tunc veniã peccatoꝝ aut augmentũ
glorie:quia tempus p̃ſentis vite compatur
eſtati:alia vo vita.ſcilicet futura eſt ſimilis
hyemi:quia que homo hic ſemĩat ibi ⁊ me
tet[Scio quid faciã vt cum amotꝰ fuero a
villicatione]id eſt.cum per morteꝫ ſubtra-
ctus fuero a p̃ſenti vita:ĩ qua poteſt homo
mereri ⁊ demereri[recipiant me in domos
ſuas].i.per coꝝ ſuffragia ⁊ merita recipiãt
in vitam beatam.i.in regnũ celoꝝ que do-
mus pauperũ eſt:vt patet Math.v.Beati
paupes ſpiritu:qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ celorũ:
[ꝯuocatis ſingulis]Hoz.i.ſingulatim [de
bitoribꝰ dñi ſui]Singulatim eos alloque-
batur vt quilibet reputaret ſibi factum be-
neficiũ ſpeciale:neſciens ꝙ alij etiaꝫ facta
eſt relaxatio.Scđo ne indignaret̃ aliquis
ipſoꝝ:quia plus remitteret alijs q̃ ſibi:nec
relaxat totum vt magis lateret dñm ſuum
[dicebat primo:Q̃tum debes domino meo
at ille dixit:Centum chados olei]Beda.
Chados grece eſt amphora latine cõtinẽs

Dixitq̄ illi. Accipe cautionē tuā: et ſede cito ſcribe q̄nquagita De inde alio dixit: Tu vo q̄ntum debes? Qui ait: Centum choros tritici: Ait illi: Accipe litteras tuas: et ſcribe octuagita. Et laudauit dominus villicum iniq̄tatꝭ: quia prudenter feciſſet: quia filij huiꝰ ſeculi prudentiores filijs lucis in generatiōe ſua ſunt. Et ego vobꝭ dico. Facite vobis amicos de mā mona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabnacula.

tres vnas[ dixit illi. Accipe cautionē tuā] Hor. cautio eſt inſtrumentū qḋ ad cautelaꝫ de ꝯtractu debiti ꝓpria manu ſcriptum eſt qḋ alio nomine dicit̄ cyrographū[ ⁊ ſede cito ⁊ ſcribe q̄nquaginta] ⁊ ſic dimidiā partē annaliū reddituuꝫ ei dimiſit[ deinde alio dixit: Tu vero q̄ntum debes? Qui ait: Cētum choros tritici] Hor. chorus triginta modijs impletur. Et chorus ē menſura aridorum chados liquidoꝝ: [ait illi: Accipe litteras tuas ⁊ ſede ⁊ ſcribe octuaginta] Hor. ⁊ ſic q̄ntā partem debitoꝝ dimiſit ei. Precioſiꝰ eſt aūt oleum q̄ triticū ſuſtentamētū: ideo preponit debitoreꝫ olei d̄bitori tritici. [laudauit autē dominus villicū iniquitatis] .id eſt. villicum iniquū. Villicus fuit iniquꝰ duplici iniquitate. Primo quia bona dn̄i ſui diſſipauit. Secundo quia de reſiduo furatus eſt laudauit eum non ſimplicit̄ ſed ſꝫ quid: quia vt dicit glo. Non laudauit eum de fraude ſed de prudentia: quia ſibi ꝓuidit in poſterum[ quia filij huius ſeculi] Ly. id eſt. homines temporalibꝰ intenti[ prudentiores] id eſt. magis aſtuti ⁊ feruidi ſunt in tp̄alibus negocijs agendis[ q̄ filij lucis] .id eſt q̄ homines ſpiritualibꝰ deputati ſunt ī negocijs ſpiritualibꝰ: ⁊ hoc videmus ad ſenſum frequenter accidere: cuius vna ratio ē corruptio nature ꝓpter quam homo proni or eſt ad malum q̄ ad bonuꝫ: alia ratio eſt: quia bona temporalia ſunt preſentia ⁊ ideo fortius mouent animum: quia ſm̄ Ariſto. Preſens obiectum mouet ſenſum [ ⁊ ego dico vobis] Hic dominꝰ parabolam iſtam adaptat ad noſtram eruditionē ⁊ ſalutem ⁊ ad elemoſynarum largitionem[ facite vobis amicos] .id eſt pauperes ⁊ bonos homines ⁊ etiam ſanctos angelos [de mām

na iniquitatꝭ] Mā̄mon eſt demon temptās de diuitijs male acquirendis. Dicunt̄ autem diuitie mā̄mona iniquitatis: quia frequenter ad iniquitatem inducunt: quia faciunt hominē ſuperbire inebriari luxuriari ludere ⁊c̄. Vn̄ Augu. Omnis diues aut eſt iniquus aut heres iniqui. Item quia raro ſine peccato acq̄runt̄. Vn̄de apl̄s. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli. Item quia inequalit̄ poſſidentur ab hominibus. Nam vnus in ipſis abūdat ⁊ alius parum aut nihil d̄ ipſis habet[ vt cū defeceritis] Ly. id ē in vita per mortem [recipiant vos in eterna tabernacula] .i. per ſua merita ⁊ ſuffragia impetrent apud deū vos finalit̄ recipi in vitam eternā. Vnde circa pn̄s euāge. vbi d̄r. Facite vobꝭ amicos de mā̄mona iniq̄tatis. Notandū q̄ quattuor modis poſſumꝰ nobis facere amicos cum rebus tp̄alibus. Primo cum integre reſtituunt̄ heredibus ea que per rapinam vel furtum male habita ſunt. Et humilit̄ petitur remiſſio d̄ iniuria eis illata deferēdo reſtitutionē. Secundo cum ignorat̄ cui reſtituat̄: ⁊ tunc de ꝯſilio ꝯfeſſoris paupibꝰ eroget̄. Tertio cū aliquis ꝯtra inſtitutionē eccleſie lucrat̄: vt laborando diebꝰ feſtiuis: vel aliter ita tam̄ q̄ non tenetur ad reſtitutionē: vt eſt lucruꝫ de iure meretricio: tunc eni facīēda eſt medicina vnde facta ſunt vulnera: ⁊ dāda eſt de hoc elemoſyna paupibus. Quarto faciendi ſunt amici de diuitijs que inique ſeruantur cum nimia tenacitate. Poteſt enim q̄s dānari eo q̄ non dat ſua vt patet Mat. xxv. Diſcedite a me maledicti in ignem eternum. Eſuriui ⁊ non dediſtis mihi manducare. Vnde diues epulo damnatus eſt quia non dedit ſua: vt patet Lu. xvi.

Dominica .X. pᵒ octauas penthecoſtes. Euange: Lu. XIX



In illo tempore. Cum appropinquaret ieſus hieruſalem: videns ciuitatem fleuit ſuper illam dicens. Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu. Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis: quia venient dies in te: ⁊ circūdabunt te inimici tui vallo: ⁊ circūdabunt te ⁊ coangu ſtabunt te vndiq; ⁊ ad terram pſternēt te: ⁊ filios tuos qui ī te ſūt

¶ Poſtilla.

Cum appropinquaret Jeſus hieruſalem ⁊c̄. Lu. xix. Hiſtoria huiᵒ euāge. facta ē anno xp̄i xxxiij. xiij. kal'. Ap̄lis. dn̄ica palmaꝝ. luna. x. inditiōe. vj Ante initiuz illius euange. ſcribit ſanctus Lu. in eo. c. ꝙ dn̄s Jeſus cuz ī die palmarū appropinquaret ad deſcenſū montis oliueti: ceperunt turbe deſcēdentium gaudētes laudare deum voce magna ſuper omnibus quaſ viderāt virtutibᵒ dicentes Benedictᵒ qui venit rex in noīe dn̄i: pax in celo ⁊ gloria in excelſis. Et q̄daz phariſeoꝝ de turb dixerunt ad illum: Magiſter increpa diſcipulos tuos: q̄bus ipſe ait: Dico vobis: quia ſi hi tacuerint lapides clamabunt. Tunc ſeq̄tur euang. hodier. [Cum appropinq̄ret Jeſus hieruſalem] Ly. non ſolū corporis greſſu: ſed etiam compaſſiōis affectu [videns ciuitatem] ſciliz hieruſalem in qua diu viguerat cultus diuinus [fleuit ſuper illam] Ly. ſcilz fletu compaſſionis: tū ꝓpter mala culpe q̄ ibi multiplicata fuerūt: tum ꝓpter mala pene que futura īminebant. Notandū ꝙ xp̄s quater fleuit. Primo in natiuitate: vt patet Sap. vij. Primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. Unde etiam canitur: Uagit infans inter arta poſitus preſepia. Secundo in Lazari ſuſcitatione. Tertio ſuper ciuitatez hieruſalem. Quarto ī ſua paſſione: vt patet Heb. v. Cuz clamore valido ⁊ lachrymis exauditus eſt [quia ſi cognouiſſes] Hoc. ſcilicet ruinam ⁊ euerſiōz que tibi iminet [et tu] ſupple fleres [⁊ quidem in hac die tua] ſcilicet pſpera in qua facis voluntatem tuaz [que ad pacem tibi] ſcilicet modico tempe duraturam: ⁊ ideo nūc gaudes: quia iminentia non vides: [nūc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis] ſcilicet mala que futura ſūt tibi: [quia veniēt dies ī te: ⁊ circūdabunt te inimici tui] Hoc. ſ. pncipes romani cū exercitu valde forti [vallo] ad litteram quia tres aggeres dicunt romani feciſſe circa hieruſalem capiendā [⁊ coāguſtabunt te vndiq;] ſcz ꝯcludēdo ⁊ ꝓhibendo ītroitū ⁊ exitum ⁊ introductionem victualiū ⁊ armoꝝ. Vn̄ Joſe. dic̄ ꝙ p̄ anguſtia famis mulieres pueros ꝓprios cōederūt [⁊ ad terrā pſternēt te] Capta eī ciuitate turres et muros diruerūt: ⁊ cūcta edificia eiecerūt ad terrā [⁊ filios tuos q̄ in te ſūt] Hoc. i. habitatores tuos: aliquos occidēdo: aliquos

Et non relinquēt in te lapidē ſu-
per lapidem: eo ꝙ non cognoue-
ris tempus viſitationis tue. Et
ingreſſus in templum cepit eijce-
re vendentes ⁊ ementes: dicens
illis: Scriptum eſt quia domus
mea domus orationis eſt. Vos
autem feciſtis illam ſpelūcam la-
tronū. Et erat quotidie docēs in
templo.

captando[⁊ non relinquēt in te lapidē ſu-
per lapidē]ſcilicet funditꝰ euertēdo. Hoc
iam patet ad oculum: quia ſepulchꝝ chri-
ſti qđ olim erat extra ciuitatē iam eſt in me
dio ciuitatis[eo ꝙ nō cognoueris tempus
viſitatiōis tue]ſcili
cet quo creator om
niū per incarnatio-
nis myſteriū ⁊ per
ꝑdicationis officiū
te viſitare dignatuſ
eſt quem non rece-
piſti ſꝫ vſqꝫ ad mor
tem ꝑſecutus fuiſti
Sciendū ꝙ miſeri-
cors deus non ſtatī
punit hoīes cū pec-
cant: ſed ꝓlongat
ipſis vitam ꝓpter
emendam: ſicut ho
mo cum videt fora-
men in ſotularibꝰ vel in veſtimētis ſuis: nō
ſtatim eos ꝓijcit: ſꝫ facit eos refici quouſqꝫ
non ſit amplius ſpes de reꝑatione ipſorum
ſic dñs Jeſus chriſtus non ſtatim puniuit
hieruſalem: ſed per. xlij. annos protraxit
ſed quia inuenit eam incorrigibilē: tunc ꝑ-
miſit eā deſtrui a romanis ꝑncipibꝰ. ſ. Ti
to ⁊ Veſpaſiano[⁊ ingreſſus in templum]
et hoc ꝓpter noſtram inſtructionē. Unde
Chryſ. Tu chriſti imitator factus cum in-
greſſus fueris aliquā ciuitatē: ante omnem
actum ad eccleſiā curras: qꝛ ꝓpriū boni filij
eſt vt veniens ꝑmo currat ad domū patris
[cepit eijcere vendētes ⁊ emētes] Ly. Nā
ſacerdotes ꝓpter cupiditatē ⁊ auariciā ſuā
in ꝑmo atrio templi fecerūt tria loca vena-
lia: vt aduenientes ſi non haberent qđ offer-
rent inuenirēt ibi ad emendū: ⁊ ſi aliq̄ non
haberēt vnde emerēt: poſuerūt ibi nūmu-
larios a q̄bꝰ acciperent mutuo pecuniā. Sed
querit hic quare non reſtiterūt chriſto? Re
ſpondet Ly. ꝙ ex oculis eius ⁊ a facie exi-
bat q̄dam fulgor terrens eos: ita ꝙ non au-
debant reſiſtere: ſicut etiam in voce ſua ter-
ruit eos qui veniebāt ad capiendū eum: q̄
cum audirēt ipſum dicentē: Ego ſum: abie
runt retrorſum ⁊ ceciderūt in terram: vt ha
bet Jo. xviij. In volūtate chriſti erat oſtē-
dere infirmitatē aſſumptā: ⁊ etiam ſue diui

nitatis vtutem[dicēs illis: ſcriptū eſt enī]
Eſa. lvj. [domus mea] Hor. i. meo cultui
dedicata. In q̄bus verbis oſtēdit ſe eſſe de
um: quia templū ſolius dei eſt [domꝰ ora-
nis eſt] nō domꝰ negociationis: non vane
locutionis: nō ſpe-
ctaculorū. Et ideo
dicit Aug. in regu
la. In oratorio ne-
mo aliq̄d agat niſi
ad qđ factū eſt: vn-
de ⁊ nomē cepit[vos
autē feciſtis illam
ſpeluncā latronū:]
quia ipſi non cura-
bant de cultu dei ſꝫ
de excoriatiōe ꝓpli
ꝑ aſtutias acq̄ſitā.
Spelūca aūt latro-
nū dicit eſſe locus
vbi ſpolia q̄ rapiun
tur ponunt: ⁊ hoc fecerunt ſacerdotes de tē
plo vt iam dictū eſt[⁊ erat docēs q̄tidie in
tēplo] Unde Greg. Redēptor noſter nec in-
dignis nec ingratis vba ꝑdicatiōis ſubtra
xit. In hoc dat nobis exemplū predicādi.
Notandū ꝙ illi ad quos ꝑtinet vt ꝑdicent
frequent debent ꝑdicare: ⁊ q̄ hoc negligūt
multas cōminatiōes que habent in ſacris
ſcripturis ſcdm Guil. incurrūt. Unde Ezech.
xxxiij. Si dicēte me ad impiū impie morte
morieris ⁊ non annūciaueris nec locutꝰ fue
ris vt ſe cuſtodiat impius a via ſua: ipſe im
pius in impietate ſua morietur: ſanguinē au
tem eius de manu tua req̄ram. Unde Eſa.
vj. Ve mihi qꝛ tacui: qꝛ vir pollutꝰ labijs
ego ſum. Itē. j. Corinth. ix. Ve mihi eſt ſi
nō euāgelizauero vob. ¶ Circa pñs euāg.
vbi dr. Videns Jeſus ciuitatē fleuit ſup eā
Notandū ꝙ vt ex ſcriptura haberi pōt qua
druplex eſt fletus xp̄i: q̄ ſignat q̄druplicem
fletū quē in hac vita habere debemꝰ. Pri-
mus eſt fletus infantie: ſicut de xp̄o canit.
Vagit infans inter arta poſitꝰ ꝑſepia. Un-
de Sap. vij. Similē vocē oībus emiſi plo-
rans: q̄ ſignificat fletū quē habere debemꝰ
ꝓ incolatu ꝑſentis miſerie. Unde Aug. Pu
er q̄ naſcit a ploratu incipit nec ridere pōt
ſed ſtatim natꝰ plorat ꝓpha ſue calamitatis
Secūdus ē fletus q̄ fleuit ſup Lazarū ad

vitam eũ reuocãdo: qui ſignificat fletũ quẽ
habere debem⁹ ꝓ patrie dilatione. Vñ pſ
cxix. Heu mihi qz incolat⁹ me⁹ ꝓlongat⁹ ẽ
Terti⁹ eſt fletus q̃ fleuit ſup ciuitatẽ hieru
ſalem in die palmarũ: qui ſignificat fletum
quez habere debe-
mus pro compaſſio
ne miſeroꝝ: vt patz
Hiere. ix. Quiſ da
bit capiti meo aquã
et oculis meis fon-
tem lachrymaruz ⁊
plorabo die ac no-
cte interfectos po-
puli mei. Unde eti
am. ij. Corinth. xj.
Quis infirmatur ⁊
ego nõ infirmoꝛ: q̃s
ſcandalizat ⁊ ego ñ
vroꝛ. Quart⁹ ẽ fle-
tus q̃ fleuit ĩ cruce
vt patz ad Heb. v.
Cum clamore vali
do ⁊ lachrymis of-
ferens exaudit⁹ eſt
ꝓ ſua reuerentia: q̃
ſignificat fletũ quez
habere debem⁹ in
cruce penitentie ex
compũctione pecca
toꝝ. Unde pſ. vj.
Lauabo ꝑ ſinglãs
noctes lectũ meum
id eſt. coꝛ meũ ⁊ fa-
ciem aĩe mee. Sic
fleuit ⁊ lauit Mag
dalena ⁊ mũdata ẽ
Lu. vij. Sic fleuit
et lauit Petr⁹ pec
catũ ſuũ: vtz Luce
xxij. Egreſſus foraſ
fleuit amare.

## Dominica . XI . poſt octauas penthecoſtes Euãg. Lu. XVIII



In illo tempore Dixit ieſus ad quoſ
dam qui in ſe ↄfidebãt tanq̃ȝ iuſti
et aſpernabantur ceteros parabo
lam iſtã. Duo hoĩes aſcẽdebãt in
tẽplũ vt oꝛarẽt: vn⁹ phariſeus et
alt̃ publican⁹. Phariſe⁹ ſtãs hec
apud ſe oꝛabat: Deus grãs ago

Dixit Jeſus ad q̃ſdã ¶ Poſtilla.
⁊c̃. Lu. xviij. Hiſto. hui⁹ euãg. di
xit dñs ãno ei⁹. xxxiij. kal̃. Aprilis
dñica. luna. x. inditiõe. vj. Ante initiũ illi-
us euãg. ſcribit ſanct⁹ Lu. in eo. c. q̃ xp̃us
dixit parabolã iſtaz. Judex q̃daz erat in q̃-
dam ciuitate q̃ deuz nõ timebat: ⁊ hominẽ
nõ reuerebat̃. Uidua aũt q̃dam erat in ciui

tate illa: ⁊ veniebat ad euz di. Uindica me
de aduerſario meo: ⁊ nolebat ꝑ multũ tp̃s
poſt hoc dixit intra ſe. Et ſi deum nõ timeo
nec hominẽ revereoꝛ: tñ qz moleſta eſt mi-
hi hec vidua: vindicabo illam. ſ. faciẽdo ei
iuſticiã: ne in nouiſ
ſimo veniens ſugil
let me. i. ſuffocz me
tedioſis clamorib⁹
Lu. Item ſugilla-
re. i. ſuffocare ſtran
gulare ↄdemnare
Tunc poſtmodũ ſe
quit̃ euãg. hodier.
[Dixit ieſus ad q̃ſ-
dam qui in ſe ↄfide-
bant [ſcz ſuis meri-
tis [tanq̃ȝ iuſti] cuz
tñ iniuſti: qz humi-
litatẽ nõ habebant
ſine qua nulluſ ẽ iu
ſtus [⁊ aſpernaban
tur ceteros] quia ñ-
attẽdebãt illõ Eſa.
xxxiij. Ue q̃ ſpernis
nõne ⁊ ipſe ſperne-
ris [duo hoĩes aſcẽ
derũt in templum]
Ly. qz ad litteram
templũ erat in alto
ſitũ. ſ. in mõte mo
ria: vt habetur. ij.
Paral. ij. [vt oꝛa-
rent] nõ ad ↄfabu-
landũ nõ ad mulie-
res videndũ [vnus
phariſe⁹] Hoꝛ. id ẽ
apparens iuſtus.
Pharisei enĩ diſti
guebant ab alijs in
habitu in obſeruã-
tijs ⁊ cultu religio
niſ: ꝓpt̃ q̃ȝ dicti ſũt
phariſei. i. diuiſi ab alijs hoĩb⁹ [⁊ alt̃ pu-
blican⁹]. i. publicis negocijs intent⁹ q̃ ſe cõ
muni curſu implicant ad pctm̃ [phariſeus
ſtãs] Hoꝛ. ecce ſupbia: cũ tñ deberet flecte-
re genua: vel aliq̃ alio mõ ſe inclinare [hec
apud ſe oꝛabat] Ly. Iſte phariſe⁹ xp̃e nõ
oꝛauit: ſed mag̃ ſe iactabat dicẽs [de⁹ gra-
tias ago tibi] Hoꝛ. male incepit iſte phari

tibi qꝫ nõ ſuꝫ ſicut ceteri hominũ raptores iniuſti ⁊ adulteri: velut etiam hic publicanꝰ. Jeiuno bis in ſabbato: decimaſ do oĩuꝫ q̄ poſſideo. Et publicanus a lõge ſtãs nolebat nec oculos ad celũ leuare: ſed ꝑcutiebat pectus ſuũ dicẽſ Deus ꝓpicius eſto mihi pctõri. Amẽ dico vob: deſcẽdit h̄ iuſtificatus in domũ ſuam ab illo: quia oĩs qui ſe exaltat humiliabit: ⁊ q̄ ſe humiliat exaltabit.

ſeus orationẽ ſuaꝫ. Debuit enĩ incipere in ſui accuſatione ſm illud Prouer. xviij. Juſtus in ꝑncipio accuſator eſt ſui. Jn medio ſupplicare ⁊ orare: ⁊ in fine grãs agere ſicut facit ſacerdos ĩ miſſa ſua. Primo enĩ accuſat ſe in generali cõfeſſione dicẽdo Cõfiteor. Scđo deum ſupplicit deprecat multiplici orõne: ⁊ vltimo deo regrãt in grãrũactione cũ dicit: Jte miſſa eſt: vel Bñdicamꝰ dño Deo grãs [quia nõ ſum ſicut ceteri hominũ] q. d. ſolus iuſtus ſum: oẽs ceteri pctõres [raptores: iniuſti ⁊ adulteri] Hoꝝ. raptores eniꝫ ſunt q̄ ꝓximoꝝ ſuorum ſubam rapiũt: iniuſti q̄ ꝑſonas eoꝝ ledunt ⁊ comprimũt: adulteri q̄ vxores ꝓximoꝝ polluũt [velut etiam hic publicanꝰ] quem iudicat ⁊ ꝯdẽpnat. Poſt hoc enumerat bona ſua dicens: [Jeiuno bis in ſabbato] .i. hebdomada: q̄ apud iudeoſ tota ebdomada denoĩabat a ſabbato tãꝙ a die digniori [decimas do oĩum que poſſideo] Ly. pharisei de multis decimas dabant: vt de menta: de aneto: ⁊ de cimino vt patet Mat. xxiij. ad qđ non tenebant vt ceteris iuſtiores apparerẽt [ſed publicanus a longe ſtans] Ly. Ecce dei timor q̄ſi nõ eẽt dignꝰ ad altare appropinq̄re [nolebat nec oculos ad celum leuare] ecce pudor: qꝫ ꝓpter peccata ſua non audebat celũ reſpicere [ſed ꝑcutiebat pectus ſuũ] ecce dolor de peccatis cõmiſſis [dicẽs: deus ꝓpicꝰ eſto mihi peccatori] ecce vera ⁊ pura ꝯfeſſio: et iſta iam dicta ſufficiũt ad remiſſionẽ pctõꝝ ideo ſequit [Amen] .i. veracit [dico vob: deſcendit hic ſcꝫ de templo dei: qđ erat in monte [iuſtificatꝰ] ſcꝫ de impio factus iuſtus per grãm ⁊ miſericordiã dei: quia deꝰ humilibꝰ dat grãm [in domũ ſuaꝫ ab illo] ſcilicet phariſeo ſupbo: cuius ſupbia corrũpebat oĩa bona opa eius. Unde Aug. Superbia etiam bonis opibus inſidiat vt pereant [quia oĩs qui ſe exaltat] Ly. per ſupbiam [humiliabit] ꝑ penã [⁊ qui ſe humiliat] ꝑ veram ꝯfeſſionẽ pctõꝝ [exaltabit] in gloria ꝑ remunerationẽ: ſicut enĩ in ſtatera materiali vna parte depſſa altera eleuatur: ⁊ ecõuerſo: ſic in ſtatera diuine iuſticie decretũ eſt: vt qui eleuant ꝑ ſuperbiã in vita pñti: deprimant ꝑ penã ꝯfuſibilẽ in vita futura ⁊ ecõuerſo: qui ſponte hũiliant in p̄ſenti ꝓpter deum in futuro ad gloriã eleuabunt. ¶ Circa p̄ſens euãge. vbi dicit. Deus ꝓpicꝰ eſto mihi peccatori Notandũ ꝙ quilibet peccator debet ꝓ poſſe laborare vt penitentiã veram agat in p̄ſenti vita. Primo ꝓpter acerbitatẽ igniſ purgatorij: quia ignis ille eſt idem cum igne infernali ſm Tho. de aq̄. Unde etiaꝫ ſanctꝰ Gre. ĩ. iiij. dial. c. xlv. Jn eodem igne purgat electus et detinet damnatꝰ. Unde mgr̄ ſen. li. iiij. diſ. xliiij. c. vj. Jlla pena eſt grauior oĩbus alijs: excedit enĩ oẽm penam vite p̄ſentis: etiam quã paſſi ſunt martyreſ. Scđo rõne diuerſitatis penarũ: qꝫ ibi ſunt pene diuerſe ſm diuerſitatẽ pctõꝝ: eſt ibi ⁊ penarum modus. Nam ꝓ mẽſura peccati erit ⁊ plagarũ modus Deut. xxv. Tertio ratiõe diuturnitatis: qꝫ ibi annꝰ ꝓ die cõputat. Unde Ezech. iiij. Diem ꝓ anno dedi tibi: diẽ ſcꝫ in p̄ſenti tp̄e: ꝓ anno. ſ. ĩ futuro. Quarto rõne infructuoſitatiſ: qꝫ illa pena nõ valeꝫ ad meritũ ſed ſolũ ad ſatiſfactionẽ: ⁊ eſt inuoluntaria: pena autẽ in vita p̄ſenti eſt voluntaria ⁊ meritoria. Quinto ratione damnoſitatis: qꝫ q̄diu aĩa eſt in pena caret gloria: modo retardari a gloria excedit oẽm penã vite p̄ſentis: ⁊ p̄ſertim in talibꝰ qui niſi eẽt adhuc pena illa ꝑſoluẽda ſtatim deũ viderent: quia tales in gratia moriunt: ⁊ nihil impedit quãdo quis ĩ gratia dei ab hac vita decedit niſi ſolutio pene ꝓ peccatis pro

quib⁹ hic nō plene ſatiſfecit ⁊c̄. Uñ Hum. Hunq̄ꝫ enī a quoq̄ꝫ dei facies videbit: doneç ꝑ penā venialiū pctōꝝ quadrās minimus ꝓſoluatur.

## Dominica. XII. poſt octauas penthecoſtes. Euan. Mar. VII.



In illo tempore. Exiēs ieſus de finibus tyri venit ꝑ ſidonez ad mare galilee: int̄ medios fines decapoleos: ⁊ adducūt ei ſurdum ⁊ mutū ⁊ deprecabant̄ eū: vt imponat illi manū: ⁊ apprehēdēs eū d̄ turba ſeorſuz miſit digitos ſuos ī auriculas ei⁹: ⁊ expuēs in terrā tetigit linguā eius. Et ſuſpiciēs ī celum ingemuit ⁊ ait: Effeta qd̄ eſt adapire. Et ſtatim apte ſ̄t aures

¶ Poſtilla. Exiēs ieſus de finib⁹ tyri ⁊c̄. Marci. vij. Mat. xv. Hoc ſig͂m fecit dñs ieſus xp̄s āno ei⁹. xxxj. xij. kalen. Decemb. feria v. luna. xvij. indictione. iiij. Ante initiū pn̄tis euāg. ſcribit. ſ. Mar. c. vj. ꝙ vbicūq̄ꝫ dñs ieſus introibat ī vicos vl' in villas aut ī ciuitates: in plateis ponebāt infirmos ⁊ deꝑcabant̄ euz vt vel fimbriā veſtimēti eius tāgerent: ⁊ q̄tq̄t tangebāt eum ſalui fiebāt. Poſtmodū ſequit̄ euāg. hodi. [Exiēs ieſus de finib⁹ tyri venit ꝑ ſidonē ad mare galilee] Ly. tyrus ⁊ ſidon ſunt q̄dā ciuitates ſite in terra promiſſionis ꝓpe mōtem libani. Mare galilee eſt q̄dā lac⁹ ꝑ quē trāſit iordāis [int̄ medios fines decapoleos] Unde Jaco. Decapoleos eſt regio decē vrbiū trās iordanē ad orientē ⁊ cū veniſſꝫ ieſus xp̄s ad locū illū [adducūt ei ſurdū ⁊ mutū] nō erat tal' a natiuitate nec ab infirmitate ſupueniēte ſꝫ a demone ip̄m obſidēte ei⁹ auditū impediēte ⁊ loq̄lā [⁊ deꝑcabant̄ euz vt imponat illi manū] .ſ. vt ip̄m ſic curaret: ꝑ qd̄ dat̄ intelligi ꝙ aliq̄n ꝑcib⁹ ſctōꝝ ⁊ etiā bonoꝝ hoīm ſalus alicui impetrat̄ [⁊ apꝓhendēs euz de turba ſeorſuz] Uñ Jaco. ꝑ qd̄ dat̄ intelligi ꝙ ille q̄ ſaluari deſiderat oꝫ vt malas ſocietates dimittat [miſit digitos ſuos ī auricl'as ei⁹] Ly. ꝑ digitos intelligit̄ gr̄a ſpūſctī quā infundit xp̄s ī cor peccatoris [⁊ expuēs ī terrā tetigit linguā ei⁹] ꝑ ſaliuaꝫ ſapīa diuina intelligitur Theo. Qia q̄ ī xp̄i corpe fuerūt ſctā ⁊ dina fuert̄: ſiue veſtimēta ſiue digiti ei⁹ ſiue ſputū ei⁹: ⁊ id̄ aliq̄n curabat ꝑ tactū veſtimētoꝝ aliq̄n ꝑ digitū: aliq̄n ꝑ ſputū ſic̄ pꝫ ī hoc euāg. [⁊ ſuſpiciēſ ī celū] ꝑ qd̄ docꝫ noſ vt ſepe ad celuꝫ reſpiciam⁹: qꝛ ibi eſt amicus nr̄ auxiliuꝫ nr̄m ⁊ hereditaſ noſtra [ingemuit] qd̄ facere voluit vt oſtēderet hūane nature veritatez. Item vt oñderet pctōribus gemēdi neceſſitatē qꝛ qui ſanari vult a pctīs ꝑus dꝫ ingemere: vtꝫ Ezech. xviij. In q̄cūq̄ꝫ hora pctōr īgemuerit ⁊c̄. [⁊ ait: effeta: qd̄ ē adapire] oñdens ſe verꝫ deū curā° ꝑ imꝑiū [⁊ ſtati apte ſ̄t aures ei⁹: ⁊ ſolutū eſt vinculū lingue ei⁹: ⁊ loq̄bat̄ recte] Jaco. Uinculū lingue tunc ſolutū ē q̄n hō lingua vtit̄ ad orōnē ad ꝓximi edificationē ⁊ informationem. ad peccati ꝯfeſſionez ⁊ ad

vel laudem[ꝛ ꝑcepit illis ne cui dicerent]
vt vanã gloriã fugiendaꝫ eſſe doceret[ꝙ̃to
autẽ eis ꝑcipiebat tanto ampliꝰ ꝑdicabãt]
Unde Aug. ꝑ hoc xp̃s volebat pigris oſtẽ
dere cum ꝙ̃to feruore ꝑdicare debẽt qbꝰ in
bet vt ꝑdicẽt qñ illi
q̃ ꝓhibent tacere ñ
poterãt. Ly. beneñ
ciatus ꝺ bñficijs ac
ceptis debet ſe gr̃ñ
oſtendere ꝛ bñfacto
rem laudare: ꝙ̃uis
benefactor hoc nõ
querat[ꝛ eo ampli
us ãmirabant] Ly
ra de tãta humilita
te[dicẽtes: Bñ oĩa
fecit: ꝛ ſurdos fecit
audire ꝛ mutos lo
qui] ¶ Circa p̃ſens
euange. vbi dr̃. Su
ſpiciens ĩ celũ. No
tandũ ꝙ Hu. ꝺ pra
to dicit ꝙ quatꝰ le
gimus ieſum ocl'os
ſubleuaſſe. Primo
turbã paſturꝰ vt pa
tet Jo. vj. Cũ ſuble
uaſſet oculos ieſus
ꝛc̃. Scd̃o reſpõſuꝫ
legiſperito daturꝰ:
vtꝫ Lu. x. Tertio
ſurdũ ꝛ mutuꝫ ſana
turus ſicut patet in
ꝟbis ꝑmiſſis. Su
ſpiciens in celum.
Quarto Lazarum
ſuſcitaturꝰ: vtꝫ Jo.
xj. Ubi ſciẽdum ꝙ
oculis mẽtis noſtre
celũ reſpicere debe
mus ꝛ ad ipſum an
helare: ꝛ hoc ꝓpt̃
tria. Primo qꝛ ci
uitas nr̃a eſt vbi ꝑ
petue manere debemꝰ: vtꝫ Heb. xiij. Non
habemꝰ h̃ manentẽ ciuitatẽ ſꝫ futurã inq̃ri
mus. Exẽplũ de illis q̃ in aliena patria de
morant̃ quõ cor ad terraꝫ ſuã ponũt ſi illuc
redire intẽdant al's non hñt ibi cor ſuũ ſi in

eius ꝛ ſolutũ eſt vinculuꝫ lingue
eius ꝛ loquebat̃ recte. Et ꝑcepit
illis ne cui dicerẽt. Quãto aũt eiſ
ꝑcipiebat: tanto magis plus ꝑdi
cabãt ꝛ eo ampliuſ admirabãt̃ di
centes: Bene oĩa fecit: ꝛ ſurdos
fecit audire ꝛ mutos loqui.

Dominica. XIII. poſt octauas
penthecoſtes. Euange. Lu. X



In illo tem-
pore. Dixit ieſus diſci. ſ.
Bt̃i oculi q̃ vidẽt q̃ vos videtis.

terra in q̃ habitãt edificant ꝛ de patria ſua
ampliꝰ nõ cogitãt. Scd̃o qꝛ ibi eſt pr̃ nr̃ ꝛ
mater nr̃a ꝛ frẽs ꝛ ſorores ꝛ amici nr̃i ſcilꝫ
xp̃s ꝛ btã ꝟgo: ꝛ alij ſancti q̃ ampliꝰ noſ di
ligũt ꝙ̃ parẽtes carnaleſ pueros ſuoſ. Spe
rare etiã debemꝰ ꝙ
ibi ſint aĩe ꝑdeceſ
ſoꝝ nr̃oꝝ q̃ in fide
xp̃i mortui ſũt: oĩa
iſta trahũt deſideri
um hoĩs ad celum
Tertio qꝛ ibi ẽ the
ſaurꝰ nr̃. ſ. merces
operũ nr̃oꝝ: ꝛ etiaꝫ
meritũ xp̃i ꝛ. b. vir.
ma. ꝛ oĩm electoꝝ
in celo exñtiũ: q̃ eſt
theſaurus ĩdeficiẽſ
oẽꝫ ſufficiẽtiã hñs:
qꝛ nec auferri nec
corrumpi p̃t: ma-
ſinꝰ autẽ ꝛ ꝑcioſus
theſaurꝰ multũ tra
hit cor hoĩs: vt pa
tet Mat. vj. Ubi ẽ
theſau. tu. ibi eſt et
cor tuũ ¶ Poſtilla.
Beati oculi q̃ vi
dẽt q̃ voſ vide
tis Lu. x. Mat. xiij
Añ initiũ il. euãg.
ſcri. ſ. Lu. ꝙ xp̃us
dixit di. ſ. Qui voſ
audit me au. ꝛ q̃ voſ
ſper. me ſper. Et cõ
uerſus ad diſcipl'os
ſuoſ dixit[Bt̃i ocu
li q̃ vidẽt] Ly. nõ
ſolũ hũanitatẽ xp̃i ꝛ
facta exteriora ↄſpi
ciẽ: ſꝫ ꝟtuteꝫ diui
tatiſ latẽtẽ intelligẽ
do[q̃ vos videtis]
Hor. viderũt ei apl'i
groſaꝫ pñtiam dñi
nr̃i ieſu xp̃i ĩ aſſumpta hũanitate ꝛ credide
rũt eũ verũ deũ ꝛ hoĩeꝫ: ꝯ dicti ſũt bt̃i. Sed
iudei phariſei cayphas herodes ꝛ pilatꝰ ſo
lũ viderũt foris xp̃i hũanitatẽ: ſꝫ nõ cog̃ue
rũt eius deitatem: ergo non ſunt dicti beati

Dico enim vobis ꝙ multi ꝓphe
te ⁊ reges voluerunt videre que
vos videtis:⁊ non viderunt:⁊ au
dire que vos auditis:⁊ non audie
runt. Et ecce quidam legiſperitꝰ
ſurrexit temptans illum ⁊ dicēs:
Magiſter quid faciendo vitaʒ et
naʒ poſſidebo? At ille dixit ad eū
In lege qd ſcriptū eſt: q̊modo le
gis? Ille reſpondens dixit. Dili
ges dñm deum tuū ex toto corde
tuo:ex tota anima tua: ex omibꝰ
viribus tuis:ex omni mente tua
et ꝓximū tuū ſicut teipſum. Di
xitq; illi. Recte rn̄diſti: Hoc fac ⁊
viues. Ille aūt volēs ſeip̄m iuſti
ficare dixit ad ieſū. Et q̄s eſt meꝰ
ꝓximꝰ? Suſpiciēs āt ieſus dixit:

Unde Hiero. i omel. Illoꝝ oculos beatos
dixit qui hominē videntes, deū crediderūt.
Ubi notandū: ꝙ ſi beati fuerunt oculi q̄ vi
derunt chriſtum ⁊ crediderūt eum deum:
multo beatiores ſunt qui non viderūt chri
ſtum in humanita-
te:⁊ tamen credide
runt ipſum veꝝ de
um in ſacramēto eu
chariſtie. Unde Io
han. xx. Quia vidi
ſti me Thoma cre
didiſti: beati q̄ non
viderūt ⁊ crediderūt
[dico eni vobis ꝙ
multi ꝓphete ⁊ re
ges voluerunt vide
re que vos videtis]
ſicut Eſa lxiiij. qui
dixit. Utinā dirum
peres celos ⁊ deſcē
deres. Itē ſicut ag
geus qui dixit Ag
gei. ij. Ueniat deſi
deratus cunctis gē
tibus. Itē ſic Moy
ſes qui dixit: Mit
te dñe quem miſſu
rus es. Item ⁊ pro
pheta Dauid pſ.
cxliij. qui dixit: In
clina dñe celos tu
os ⁊ deſcende:⁊ plures alij [⁊ nō viderūt]
precat̄. Nam iſto ſacro tpe deuotioi ꝛ ora
tioni vacare debemus ꝛ hoc exemplo ma
rie matris chriſti ꝛ diſcipuloꝝ: legit̄ enim
qꝫ tpe medio inter aſcenſionē chriſti ꝛ miſ
ſionem ſpiritusſan
cti fuerūt cum ſan/
ctis mulierib⁹ in o/
ratōe expecātes ſpi
ritūſanctū eis pro/
miſſuꝫ. Vn̄ Act. i.
dicit̄. Hi omnes e/
rant vnanimit̄ cuꝫ
mulierib⁹ in oratio
ne ꝛ Maria matre
ieſu ꝛ fratrib⁹ ſuis.
Exēplo ergo illoꝝ
debent fideles eſſe
in tpe iſto in prepa
ratōe ꝛ expectatōe
ſpiritusſancti inten
ti: preparatis enim
debito modo dabi
tur ſpiritusſanctus
ad id quod indige
būt. i. Corinth. xij.
Vnicuiq; dat̄ ma/
nifeſtatio ſpiritus
ad vtilitatē [Ante
omnia autē mutu/
am i vobiſmetipis
charitatē cōtinuaꝫ
habentes] qꝛ chari
tas excellentior eſt
ceteris virtutib⁹: qꝛ cetere virtutes ſine ea
nihil valent ad meritū [qꝛ charitas ope/
rit multitudinē pctōꝝ] Hor. ne appareāt
ad puniendū [hoſpitales inuicē] .i. ſuſce/
ptores hoſpitū [ſine murmuratōe] ſed hy
lariter hoc facite [vnuſquiſq;] ſiue ſit de
maiorib⁹ ſiue de mediocrib⁹ ſiue de mino
ribus [ſicut accepit gratiā] Hor. i. quodli
bet donū gratuitū [in alterutrū illam am
miniſtrantes] alijs cōmunicantes gratis
ꝛ benigne: ſicut membra in vno corpore ſi
bi inuicem ſeruiūt. Oculus eni videt toti
corpori: ꝛ pes portat totum corpus [ſicut
boni diſpenſatores multiformis gr̄e dei]
Vincen. i. multiformiū donoꝝ gratuitoꝝ
a deo collatoꝝ: qꝛ non debet eſſe diſpenſa/
tor parcus vbi paterfamilias eſt largus.
[Si quis loquit̄] Ly. exhortatōis verba
[quaſi ſermones dei] .i. totum bonū attri
buat deo ꝛ nō ſibiipi [Si quis miniſtrat]
egentib⁹ bona tempalia [tanq̄ ex virtute
quam adminiſtrat
deus] id ē attribu/
at deo qui dedit ſi/
bi volūtatem et fa/
cultatem hoc faciē
di [vt in oībus]
verbis ꝛ factis ve/
ſtrꝭ [honorificetur
deus] id eſt totum
fiat ad honorē dei:
[per ieſum chriſtū
dn̄m noſtrum] qui
eſt mediator dei et
hominū.

IN dieb⁹ il/
lis: dum cō
plerent̄ di/
es ꝛc. Ante initiuꝫ
illi⁹ epl'e ſcribit ſan
ctus Lucas. qꝫ poſt
aſcēſionē chriſti vn
decim apl'i congre
gati ſtatuerunt du
os viros. ſ. Joſeph
qui cognominatus
eſt iuſtus ꝛ mathiā
ꝛ orantes dixerunt
Tu dn̄e qui noſti
corda omniū: oſten
de quē elegeris vnū ex his duob⁹ accipe/
re locū miniſterij huius ꝛ apoſtolatus de
quo p̄uaricat⁹ eſt iudas vt abiret in locuꝫ
ſuū: ꝛ dederūt ſortes eis: ꝛ cecidit ſors ſu/
per mathiā: ꝛ annumeratus eſt cum vnde
cim apl'is. Et ſtatim ſequit̄ epl'a preſens.
[Dum cōplerent̄ dies penthecoſtes] ho/
die celebrat ſancta mater eccl'ia ſolēnita/
tem ſpūſancti in qua xp̄s ſe oſtendit eſſe
deū. Nam prius oſtēderat ſe eſſe dn̄m ter
re, ꝛ eoꝝ que in terra ſunt: infirmos ſanan
do: mortuos reſuſcitādo: oſtēderat ſe etiā
dn̄m maris ꝛ eoꝝ que i mari ſunt cum ſu
per mare ambulauit ꝛ mare ſolidū ſe ei p̄/
buit. Et cum ſtaterem in ore piſcis predi
xit inueniendū. Oſtēderat etiā ſe dn̄m in

aduenietis ſpūs vehemētis ꝛ re
pleuit totam domū vbi erant ſe
dentes. Et apparuerūt illis diſp
tite lingue tanqꝫ ignis: ſeditqꝫ ſu
pra ſingulos eoꝝ. Et repleti ſūt
omnes ſpirituſctō ꝛ ceperunt lo
qui varijs linguis: ꝓut ſpiritus
ſanctus dabat eloqͥ illis. Erant
aūt in hierl'm habitātes iudei vi
ri religioſi ex oī natiōe que ſub
celo eſt. Facta autē hac voce cō
uenit multitudo ꝛ mente cōfuſa
eſt: qm̄ audiebat vnuſquiſqꝫ lin

ferni ꝛ eoꝝ que in inferno ſunt qn̄ cōtriuit
portas inferni ꝛ omnes animas de limbo
inferni eduxit. Oſtenderat etiam ſe dn̄m
aeris ꝛ eoꝝ que in aere ſunt. Et etiā dn̄m
celi ꝛ eoꝝ que in celo ſunt: cum in die aſcē
ſionis ꝓpria virtu/
te aſcendit per ae/
ra: ꝛ nube lucida ſi
bi obſequente: aſſū
ptus eſt in celum.
Oſtenſo ergo ꝙ e/
rat dn̄s omniū: ho/
die oſtendit ſe verū
deū: qn̄ ſpm̄ſctm̄ qͥ
deus eſt miſit apo/
ſtolis: hodie eni rex
noſter ieſus chriſtꝰ
duodecim ꝑncipes
facit: aſſocians eis
ſeptuagitaduos mi
lites. Pricipes fue
rūt duodecim apl'i
Septuagintaduo
milites fuerunt ſe/
ptuagitaduo diſci
puli chriſti: quos hodie adeo roborauit ꝙ
per eos totū mundū ſibi ſubiugauit. Vn̄
Bern̄. Licet magna ꝛ diuina fuerint pla/
ne miracula que deus geſſit in terris: hoc
tn̄ bonū ſuper om̄ia alia emicuit ꝙ in pau
cis ſimplicibꝫ totū mundū ꝛ omnē ſapien
tie altitudinē ſibi ſubiugauit. Vn̄ hic di
cit. [Dum cōplerent dies penthecoſtes]
Ly. a paſcha cōputando: quinquageſima
nanqꝫ dies a paſchate in quo iudei come
debāt agnū paſchalē celebris erat in vete
ri teſta. apud iudeos in memoriā benefi/
cij legis date: que fuit data in mōte ſynai
qͥnquageſima die a principio egreſſionis
de egypto: vt habet Exo. xix. Et ideo con
uenienter illa die infuſum eſt apl'is ſpūſ/
ſancti donū: per qđ lex euangelica impreſ
ſa fuit ꝛ firmiter radicata in cordibꝫ eorū
[erant autē diſcipuli pariter ī eodē loco]
id eſt in cenaculo grandi ſtrato vbi prius
xp̄s cum eis cenā fecit: ꝛ nō ſolū apl'i: ſed
etiā alij fideles ꝛ mulieres pariter in eodē
loco: ꝛ ipis ſic cōgregatis inſimul corde ꝛ
animo [factus eſt repente de celo] Vinc.
id eſt de aere [ſonus tanqꝫ aduenientis ſpi
ritus vehemētis] Ly. i. venti vel tonitrui
nō tn̄ apl'i ꝛ alij cum eis exiſtentes fuerūt
territi deo hoc faciēte ſignū qđ dabat eis
ſpūſſctūs qͥ eſt ꝯſolator cordiū [ꝛ repleuit
totā domū] inſolita claritate [vbi erant ſe
dētes] .i. manētes
[ꝛ apparuerūt illis]
viſibilit' oculis cor
poralibꝫ [diſpertite
lingue] .i. diuiſe lin
gue [tāqꝫ ignis] .i.
hn̄tes colorē ignis
ad deſignandū ſi/
gno viſibili exteriꝰ
inuiſibilem gratiā
ſpūſſcti receptā in/
terius: ꝑ quā eſſent
feruidi ī amore dei
ꝛ eloqͥntes oibꝫ lin
guis ad publicatō
nem euāgelij [ſedit
qꝫ ſuꝑ ſingulos eo/
rū] i. ſuꝑ quēlibet
diſcipulorū inſedit
vnus radius igneꝰ
hn̄s figurā linguaꝝ [ꝛ repleti ſunt om̄es
ſpūſctō] Vin. ſic ꝙ corda eoꝝ penitus illu
ſtrata ſunt gr̄a ſpūſſcti: ſic ꝙ hodierna die
diſcipuli receperūt ſpm̄ſctm̄ in maiori co/
pia qꝫ ꝑus habuerūt: qꝛ nō ſolū receperūt
ad ſufficientiā: ſed etiā ad redūdantiā: qꝛ
ſanctitas quā ſpūſſctūs in apl'is opatꝰ eſt
redūdabat in totā eccleſiā. Vn̄ ſequit' [et
ceperunt loqͥ varijs linguis: ꝓut ſpūſſctūs
dabat eloqͥ illis] Hoc. apl'i nō ſolū loque/
bant' ꝛ intelligebāt oia ideomata: ſed ipis
loquētibꝫ in vno idiomate qđcūqꝫ eſſet il
lud oēs audiētes cuiuſcūqꝫ eſſent diuerſo/
rū idiomatū intelligebat qͥlibet idioma ꝓ
priū: diuina virtute hoc faciēte: ſicut eni ꝑ
rebellionē ad deū diuiſe ſūt lingue: vt p̄ꝫ
Gen̄. xi. ita ꝑ infuſionē ſpūſſcti ſunt vnite
[erant aūt in hierl'm] Vin. que erat ciui/
tas metropolis ī iudea [habitātes iudei
viri religioſi] Ly. in cultu diuino deuoti
ꝓpter hoc templū viſitabāt: ꝛ ibi ſacrificia
offerebāt [ex oī natiōe que ſub celo eſt] qꝛ
iudei erāt diſpſi in oēs natōes: ꝛ aliqͥ eoꝝ
magis deuoti ꝓpter reuerentiā templi ve/
niebāt aliqn̄ in hierl'm: maxime in ſolēni/

tatib⁹ magnis quaꝝ vna erat ſolennitas
pēthecoſtes [facta aūt hac voce] Vinč.i.
poſtꝗ̄ talis ſonus in aere vehemēter inſo
nuit [ꝯuenit mľtitudo] ſup. ciuitatū ꝛ ꝓui
ciaꝝ circūiacētiū [ꝛ mēte ꝯfuſa eſt] Ly.i.

Luč. in eo. c. ꝙ ſanctus Petr⁹ dixit iudeis
de ieſu xp̄o. Qui ꝑtranſiuit benefaciendo
ꝛ ſanādo oēs oppſſos a diabolo: ꝛ nos te/
ſtes ſumus omniū que fecit in regione iu
deoꝝ ꝛ hierľm quē occiderūt ſuſpēdentes
in ligno. Hunc de/

ſtupefacta ſeu ad/
mirata [qm̄ audie/
bat vnuſquiſꝗ lin
gua ſua illos loq̄n
tes] Ly. q: nūꝗ̄ fu
it auditū vel viſum
tale miraculū [ſtu/
pebant aūt om̄es ꝛ
mirabanť dicētes.
Nōne ecce oēs iſti
qui loquunť galilei
ſunt] Vin. q. d. vti
ꝗ [ꝛ quō nos audi
uim⁹ vnuſq̄ſꝗ lin/
guā ſuā]. i. ꝓpriam
[in qua nati ſum⁹]
Vin. q. d. vtiꝗ mi
rabile eſt vel ſupna
turalit. Ex iſto ſu/
miť hic ꝙ primitiui
xp̄iani fuerunt ga/
lilei [parthi et me/
di] Ly. hic noiānť
habitatores diuer/
ſaꝝ regionū in qui
bus ſūt diuerſa idi
omata [et elamite
et qui habitāt me
ſopotamiā] Gloſa
ordi. eſt regio que
duob⁹ ambiť flumi
nib⁹ tigri ꝛ eufrate
[iudeam ꝛ capado
ciā ponthū ꝛ aſiaꝫ]
ſcꝫ minorem [phri

gua ſua illos loquentes. Stupe
bant autē oēs ꝛ mirabanť dicen
tes: Nōne ecce oēs iſti q̄ loquū
tur galilei ſunt? Et quō nos au
diuimus vnuſq̄ſꝗ linguā nr̄am
in qua nati ſum⁹. Parthi ꝛ Me=
di ꝛ Elamite: ꝛ q̄ habitāt Meſo
potamiā Judeam ꝛ Capadociā
Pōthū ꝛ Aſiā Phrigiā Pāphi
liā Egyptū ꝛ partes Libie que
eſt circa cyrenen et aduene Ro=
mani Judei ꝗ̄ ꝛ Proſeliti: Cre
tes ꝛ arabes: audiuim⁹ eos loq̄n
tes nr̄is linguis magnalia dei.

Feria. ij. penthecoſt. Actu. x.

In dieb⁹ illis: aperiēs pe
trus os ſuuꝫ dixit: Viri
pr̄es ꝛ fratres nobis p̄ce
pit dn̄s p̄dicare ꝑplo ꝛ teſtificari
q: ipſe eſt q̄ cōſtitutus eſt a deo
iudex viuoꝝ et mortuoꝝ. Huic
oēs ꝓphete teſtimoniū ꝑhibent
remiſſionē pctōꝝ accipere ꝑ no=
men eius omnes qui credunt in
eum. Adhuc loquēte petro ver

us ſuſcitauit tertia
die ꝛ dedit euꝫ ma/
nifeſtū fieri nō om̄i
ꝑplo: ſed teſtib⁹ p̄oꝛ
dinatꝭ a deo nobis
q̄ mādūcauimus ꝛ
bibimus cum illo
poſtꝗ̄ reſurrexit a
mortuiſ. Et tūc ſta
tim ſequiť epľa ho
dierna [In dieb⁹ il
lis: apiens petr⁹ os
ſuū dixit: Viri pr̄eſ
ꝛ fratres nobis]. ſ.
q̄ mādūcauimus ꝛ
bibim⁹ cū illo poſt
reſurrectionē ſuaꝫ
[p̄cepit dn̄s p̄dica
re ꝑplo ꝛ teſtificari
q: ipe eſt q̄ ꝯſtitut⁹
eſt a deo]. ſ. pr̄e [iu
dex viuoꝝ ꝛ mortu
orū] Ly. i. q̄ viuunt
vita gr̄e. ſ. iuſtoꝝ et
etiā iniquoꝝ q̄ mor
tui ſunt morte cul/
pe [Huic oēs ꝓphe
te teſtimoniū ꝑhi/
bēt]. q. d. Nos ſoli
nō ſumus teſtes e/
ius ſed etiā omnes
ꝓphete antiqui di/
uinitus inſpirati q̄
de eo ſcripſerunt et

giam ꝛ pamphiliā: egyptū ꝛ partes libie
que eſt circa cirenen: ꝛ aduene romani]. i.
peregrināntes romani [iudei quoꝗ] id eſt
illi de tribu iuda [ꝛ proſeliti: cretes ꝛ ara/
bes] Ly. i. cōuerſi de gētilitate ad iudaiſ/
mum [audiuim⁹ eos]. ſ. apľos [loquētes
nr̄is linguis]. i. nr̄is idiomatib⁹ [magna/
lia dei]. i. mirabilia dicta vel facta dei.
In dieb⁹ illis: aperiens petrus ꝛč.
Ante initiuꝫ illius epľe ſcribit. s.

predixerūt [remiſſionē peccatoꝝ accipere
per nomen eius] vt patꝫ Johel. ij. Dis q̄
inuocauerit nomen dn̄i ſaluus erit [om̄es
qui credūt in eum] tam iudei ꝗ̄ gentiles
Adhuc petro loquente verba hec: cecidit
ſp̄uſſanctus ſuper omnes qui audiebant
verbū] ſcilicet ſup Corneliū ꝛ ſuper om/
nes qui cum eo cōgregati erant in ſigno
viſibili ſciliꝫ igneis linguis [ꝛ obſtupue
runt ex circūciſione fideles qui venerant

cum petro: q᷑ in natões].i.in gentes [gratia ſpũſſancti effuſa eſt] admirãtes ꝙ tanta gratia dareꝶ gentib⁊ ſicut ⁊ iudeis nutritis in lege ⁊ ꝓphetis [audiebãt enim illos loquẽtes lingnis] ſcꝫ varijs [⁊ magnificantes deũ. Tũc reſpõdit petrus] ſcꝫ illis qui cum eo venerant admirãtib⁊ [nunq̇d aqua quiſ ꝓhibere põt vt nõ baptizenꝶ hi q̇ ſpm̃ ſanctũ acceperũt ſicut ⁊ nos] q.d. non ex quo ſpũſſanctus non diſtinxit inter nos ⁊ ĩpos [⁊ iuſſit eos baptizari] ſ.a ſocijs ſuis [in noĩe dñi noſtri ieſu chriſti] in hac enim forma dabaꝶ baptiſmus in ꝑmitiua eccleſia.

quens donũ ſpũſſancti dare in ſigno viſibili: hoc enĩ ꝑtinebat ad apl̃os vnde eſt ꝙ ſoli epĩ in nouo teſtamẽto q̇ ſunt ſucceſſores aplõꝝ manus imponũt ꝓpter qḋ philippus ſignificauit aplĩs vt aliq̇ eoꝝ venirent in ſamariã ⁊ ut ſupplerent illud qḋ ad ei⁹ officiũ nõ ſpectabat. Et hoc eſt qḋ hic diciꝶ [Cum audiſſent aplĩ qui erant hieroſolymiſ q᷑ recepiſſet ſamaria verbũ dei miſerunt ad ĩpos petrũ ⁊ iohem] Glo.ord. qui erãt colũne [q̇ cum veniſſẽt orauerunt ꝓ ĩpis vt acciperent ſpm̃ſctm̃: nõdum enĩ in quenq̄ꝫ illoꝝ venerat] Ly. ſigno ſenſibili: venerat tñ in eos viſibiliter: ſic ⁊ modo ĩ baptizatos [ſed baptizati tm̃ erant in noĩe dñi ieſu: tũc imponebãt manus ſuper illos ⁊ accipiebant ſpm̃ſctm̃].

ba hec cecidit ſpũſſctũs ſuꝑ oẽs qui audiebant verbũ. Et obſtupuerunt ex circũciſione fideles qui venerant cum petro: q᷑ ⁊ in natiões gratia ſpũſſancti effuſa eſt: audiebãt enĩ illos loquẽtes lĩguis ⁊ magnificãtes deũ. Tũc rñdit petrus. Nunq̇d aquã q̇s ꝓhibere põt vt nõ baptizenꝶ hi qui ſpm̃ſanctũ acceperũt ſicut et nos? et iuſſit eos baptizari in noĩe dñi noſtri ieſu xp̃i.

Feria.iij.pentheco. Act.viij

In diebus illis. Cũ audiſſẽt aplĩ. ⁊c. Ante initiũ illius epl̃e ſcribit ſanctus Luc. in eo.ca. ꝙ ſanctus Philippus deſcendit in ciuitatem ſamarie et ꝑdicabat illis chriſtuꝫ. Intendebant aũt turbe his que a philippo dicebanꝶ vnanimiter audiẽtes ⁊ vidẽtes ſigna que faciebat: multi enĩ eoꝝ q̇ habebãt ſpũs imundos clamantes voce magnã exibãt. Multi aũt paralitici ⁊ claudi curati ſũt: factũ eſt aũt gaudiũ magnũ in illa ciuitate. Tunc ſeq̇tur pñs epl̃a [Cuꝫ audiſſent aplĩ [Circa qḋ ſciendũ ſm̃ Nico. de ly. ꝙ philipp⁹ iſte erat tantũ dyaconus ꝓpter qḋ lꝫ poſſet baptizare: nõ tñ manus imponere: nec ꝑ ꝯſe

In diebus illis cũ audiſſẽt aplĩ q̇ erant hieroſolymis q᷑ recepiſſet ſamaria vbũ dei miſerũt ad eos Petrũ ⁊ Johem. Qui cũ veniſſent orauerũt ꝓ ĩpĩs vt accipent ſpm̃ ſanctũ nõdũ enĩ in quẽq̄ꝫ illorũ venerat: ſed baptizati tãtũ erãt in noĩe dñi ieſu. Tunc imponebant manus ſuꝑ illos ⁊ accipiebant ſpiritũſanctũ.

Feria.iiij.pentheco. Act.v.

In diebus illis. Per manus autẽ aplõꝝ fiebant ſigna ⁊ ꝓdigia multa in

In diebꝫ illis. Per man⁹ ⁊c. Añ initium illi⁹ epl̃e ſcribit.s.Luc. ꝙ vir q̇dã ananias cum ſaphira vxore ſua vẽdidit agrũ ⁊ defraudauit de ꝑcio agri cõſcia vxore ſua: et partẽ ꝑcij ad pedeſ aplõrũ poſuerũt: et ambo ſubitanee obierũt: ⁊ factus eſt timor magn⁹ in vniuerſa eccl̃ia: ⁊ in oẽs qui audierũt h̃. Tũc ſtatim ſeq̇ꝶ epl̃a pñs [Per man⁹ aũt aplõꝝ fiebãt ſigna ⁊ ꝓdigia multa] Glo. q̇ ſuccẽdebaꝶ zel⁹ ſacerdotũ ⁊ iudeoꝝ [in plebe] Ly. nõ dicit ĩ ꝑncipib⁊: q᷑ nõ credebãt ĩ xp̃ꝫ

paucis exceptis: qui occulti xpiani erant: gamaliel ſcȝ nicodemus ⁊ aliqui alij [⁊ erant omnes vnanimiter] ſcȝ apl'i [in porticu ſalomonis] vbi erat locus oratiõis ⁊ predicatõis [ceterorum aũt]. ſ. infideliũ [nemo audebat cõiungere ſe illis] ſcȝ ficte timẽtes penam que venerat ſuper ananiã ⁊ eius vxorem [ſed magnificabat eos pp'ls], propter egros ⁊ miracula que faciebant et etiam q: bona pro malis ſuis perſecutoribus reddebant [magis autẽ augebatur credentiũ in dño multitudo virorũ ac mulierũ] nullus eni ſexus a regno dei excludit [ita vt in plateas] que late erant [eijcerent infirmos et ponerẽt in lectulis ac grabatis: vt veniente petro ſaltem vmbra illius obũbraret quẽcȝ illorũ ⁊ liberarent ab infirmitatibus ſuis] Ly. in quo ponitur differentia petri ad alios apl'os in operatione miraculorum. Nam alij apl'i curabãt alios infirmos p tactũ manuũ ſicut iam ſupra dictũ eſt. Per manus aũt ⁊c. petrus autẽ nõ ſolũ per tactũ ſed etiã per vmbrã qḋ maius eſt: qḋ fiebat ad oſtendendũ q erat principalis apl'us: ergo nomiat princeps apl'orum. Et q: xp̃s nõ legit curaſſe per vmbrã ſicut petrus: ideo in petro videtur impletũ fuiſſe qḋ dixit chriſt᷒. Johã. xiiij. Qui credit in me opera que ego facio et ipſe faciet: ⁊ maiora horum faciet [Concurrebat autẽ ⁊ multitudo vicinarũ ciuitatũ in hierl'm afferẽtes egros ⁊ vexatos a ſpiritib᷒ imũdis: qui curabant omnes ⁊ magnificabãt ieſum xp̃m.

plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu ſalomonis. Ceterorum aũt nemo audebat cõiungere ſe illis ſed magnificabat eos pp'lus. Magis autẽ augebat credentiũ in dño multitudo virorum ac mulierũ ita vt in plateas eijcerent infirmos ⁊ ponerent in lectulis ac grabatis: vt venientẽ petro ſaltẽ vmbra illius obũbraret quencȝ illorum ⁊ liberarent ab infirmitatib᷒ ſuis. Cõcurrebat autem ⁊ multitudo vicinarum ciuitatum hierl'm afferẽtes egros ⁊ vexatos a ſpiritib᷒ imũdis qui curabant omnes ⁊ magnificabant ieſum chriſtum.

In die ſctẽ Trini. ij. Cor. xiij.

Gaudete perfecti eſtote: exhortamini: idipſm ſapi

Gaudete pfecti eſtote ⁊c. Ante initium illius epl'e ſcribit. s. Pau. in eodem. c. in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbũ. Tunc ſequit preſens epl'a [Gaudete pfecti eſtote] Quia hodie feſtuȝ ſancte trinitatis peragimus neceſſe eſt aliqua de ſancta trinitate breuiter loqui Unde Aug᷒. i. li. de trini. Hoc itacȝ vera ⁊ pia fide credenduȝ eſt q trinitas ſit vnus ſol᷒ et verus deus: ſcȝ pater ⁊ filius et ſpũſ ſanctus: ⁊ hec trinitas vnius eiuſdẽcȝ ſubſtãtie vel eſſentie credit que eſt ſũmum bonũ. Item Aug᷒. dicit hec vera ſctã trinitas: nihil maius eſt in tribus pſonis ſil' noiatis q̃ in vna qualibet ſil' et p ſe dicta: q: vnaquecȝ pſona plena eſt ſubſtãtia in ſe: nõ tñ tres ſubſtantie ſunt ſed vn᷒ deus ⁊ vna ſubſtãtia: vna potẽtia: vna eternitas: vna magnitudo: vna bonitas: ⁊ vna eſſentia: pr̃ ⁊ fi. ⁊ ſpi. Item ſciendũ q btã trinitas fideliter eſt credenda ⁊ nõ curioſe inueſtigãda. Vñ Bern. Scrutare hoc temeritas eſt: credere pietas: noſſe vita eterna [Fratres] Ly. in veritate fidei pſiſtẽtes [gaudete] Ly. ad virtuoſum eni ptinet de operib᷒ virtutũ gaudere [pfecti eſtote]. i. ad pfectionẽ ꝯſequendã tendite q: ſicut nauis in flumine poſita per aque motũ deſcendit niſi remiget in contrariũ ſic aĩa ex corruptõe carnis ⁊ prauitate cõtinuo ad malũ deſcẽdit a pfectõe niſi conet in cõtrariũ [exhortamini] vos maiores illos q̃ ſunt minores [idẽ ſapite]. ſ. vos minores cum maiorib᷒ [pacẽ habete] quam

chriſtus nobis hereditarie ↄſeruandã reli
quit: vt pꝫ Joh. xiiij. Pacem relinquo vo
bis ⁊c. [⁊ ds pacis] .i. dator ⁊ amator pa
cis [⁊ dilectõis] q: charitas cõcomitaꝛ ve
ram pacem: eo ꝙ per charitatẽ deus eſt in
hoie ⁊ ipe ĩ eo [erit
vobiſcũ] per gram
in pñti: et gloriã in
futuro [Gratia dñi
noſtri ihu xpi ⁊ cha
ritas dei ⁊ cõmuni
catio ſanctiſpũs]
Guilhel. lugd. in il
lis ṽbis innuit tri
nitatem perſonaꝝ.
Primo perſonã fi/
lij ibi [grã dñi no/
ſtri ieſu xpi] Secũ
do ꝑſonã pr̃is: ibi:
[⁊ charitas dei] .ſ.
patris. Tertio ꝑſo
nam ſcꝫ ſpũſſancti
ibi: [⁊ cõmunicatio
ſanctiſpũs ſit ſem/
per cum oĩbꝫ vo/
bis. Amen.

Altitudo di
uitiaꝝ ſapiẽ
tie ⁊c. Ante
(nitiũ illiꝰ ep̃le ſcri
bit. s. Pau. in eodẽ
cap̃. dicẽs: Noli al
tum ſape ſed time.
Tunc ſequiꝛ p̃ſens
ep̃la [O altitudo
diuitiaꝝ] Gor. i. a/
bundantie ⁊ copio/
ſitatis [ſapientie] que eſt de diuinis ⁊ ſpi
ritualibꝫ: de qua Eſa. xl. dicitꝛ. Non eſt in/
ueſtigatio ſapientie eius. Et in pſ̃. cxlvi.
Et ſapiẽtie eius nõ eſt numerus [⁊ ſcien/
tie dei] que eſt de rebꝫ humanis: ad Colo.
ij. In ipſo ſunt omnes theſauri ſapientie
⁊ ſcientie [ꝙ̃ incõprehenſibilia ſunt iudi/
cia eius] Gor. i. diſpoſitões eius de omni
bus rebus. Unde pſ̃. xxxv. Judicia eius
abyſſus multa [⁊ inueſtigabiles vie eius]
id eſt impletões diſpoſitõis: in quibꝫ oĩ
bus eſt miſericordia ⁊ veritas. Unde pſ̃
xxiiij. Uniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ ve

te: pacem habete: ⁊ deus pacis ⁊
dilectõis erit vobiſcũ. Salutate
inuicẽ in oſculo ſancto. Salutãt
vos omnes ſãcti. Gratia dñi no
ſtri ieſu xpi ⁊ charitas dei et cõ=
municatio ſanctiſpũs ſit ſemper
cum omnibꝰ vobis. Amen.

## In feſto Trinitatis. Ro. xi.

O Altitudo diuitiaꝝ ſapi=
entie ⁊ ſcientie dei ꝙ̃ in=
cõprehẽſibilia ſunt iudi
cia eius ⁊ inueſtigabiles vie eiꝰ
Quis enĩ cog̃uit ſenſuꝫ dñi aut
ꝗs ↄſiliarius eius fuit: aut quis
prior dedit illi ⁊ retribuetur ei?
Quoniã ex ipo ⁊ ꝑ ipm ⁊ in ipſo
ſunt omnia. Ipſi gloria in ſecu=
la ſeculoꝝ. Amen.

## In feſto corporis xpi. i. Cor. xj.

COnuenĩetibus vobis in
vnum iam nõ eſt dñicaꝫ
cenã mãducare. Unuſ=

ritas. Quoꝝ rõnes a nobis nõ poſſunt at
tingi. Unde Eccl'ſ. viij. Intellexi ꝙ oĩuꝫ
operũ dñi nullã poſſit homo inuenire rõ/
nem [quis enĩ cognouit ſenſuꝫ dñi] de di
ſpoſitione rerum. q. d. nullus [aut quis cõ
ſiliariuſ eius fuit]
Ain. dans ei conſi
lia qualiꝛ ſic vel ſic
res diſponeret. q. d.
nullus [aut ꝗs pri/
or dedit illi ⁊ retri/
bueꝛ ei] q. d. nullus
q: hoc eſt impoſſi/
bile: q: omnẽ virtu
tem nõ ſolũ operã/
di: ſed etiã cogitan
di ⁊ eſſendi ab ipo
habemus qđ decla
rat hic cõſequenter
dicens [qm̃ ex ipſo
⁊ per ipm ⁊ in ipſo
ſunt omnia] Gor.
ſuꝑiora: inferiora:
⁊ media ſpiritualia
corꝑalia: ⁊ ex vtriſ/
ꝗ cõpoſita. Et in
iſtis verbis innuit
ap̃l's trinitatẽ per/
ſonaꝝ ĩ eſſentia di/
uina. In hoc ꝙ di/
cit ex ipo innuit ꝑ/
ſonam patris: per
hoc ꝙ dicit ꝑ ipm
innuit perſonã filij
per hoc ꝙ dicit in
ipo innuit perſonã
ſpirituſſancti. Ec/
ce diſtĩctio ſeu pluralitas perſonaꝝ [Ipſi
honor et gloria] ecce vnitas eſſentie. Non
enim dicit ipſis ſed ipſi honor ⁊ gloria in
ſecula ſeculorũ. Amen. ¶ Poſtilla.

COnuenientibꝫ vobis in vnuꝫ ⁊c.
Ante initiũ illius ep̃le ſcribit ſan
ctus Paulus in eodem cap̃. ipſis
Corinthijs dicens: Si quis autem videꝛ
cõtentioſus eſſe: nos talem ↄſuetudinem
nõ habemus neqꝫ eccleſia dei. Hoc autẽ
precipio nõ laudans ꝙ non in melius ſed
in deterius ↄuenitis. Tunc poſtmodũ ſe
quiꝛ preſens ep̃la [Conuenientibꝫ vobis

quiſqꝫ enī ſuam cenaꝫ preſumit
ad manducandū. Et alius qui-
dem eſurit: alius autē ebrius eſt
Nunqd domos non habetis ad
manducandū ⁊ bibenduꝫ. Aut
eccleſiā dei cōtemnitis ⁊ cōfun-
ditis eos qui nō habent. Quid
dicā vobis? Laudo vos: in hoc
nō laudo. Ego enī accepi a dño
quod ⁊ tradidi vobis: quoniam
dñs ieſus in qua nocte tradeba-
tur accepit panem ⁊ grās agens
fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ mandu
cate. Hoc eſt corpus meū qđ ꝓ
vobis tradetur. Hoc facite in meā
cōmemorationē. Similiter ⁊ ca-
licem poſtqꝫ cenauit dicēs: Hic
calix nouū teſtamētū eſt ī meo
ſanguine. Hoc facite quotiēſcū
qꝫ bibetis in meā cōmemoratio
nem. Quotienſcūqꝫ enī mandu
cabitis paneꝫ hunc ⁊ calicē bibe
tis mortem dñi annūciabitis do

in vnum] Sed ex quo hodie peragitur fe
ſtum corporis chriſti ſicut hoc ſacramen/
tum poſt cenā a chriſto inſtitutū eſt: euan
gelium ⁊ ep̄la cōcordant: qꝛ in euangelio
habetur de fructu digne cōmunicantiū: vbi
dicitur. Qui mandu
cat hunc panem vi
uet in eternum: ſic
per oppoſitū in epi
ſtola hodierna ha/
betur de periculis in/
digne cōmunican/
tium: ſicut patet in
textu ep̄le preſentꝫ.
[Fratres: Conueni/
entibꝰ vobis in v/
num] Ly. ad perci
piendū eucharistie
ſacramentuꝫ [iam
nō eſt] id eſt non li/
cet vobis [dñicam
cenam manducare
Vnuſquiſqꝫ enim
ſuam cenam preſu
mit ad manducan
dum] Ly. ante ſu/
ſceptionem ſacra/
menti ꝑparabāt ſi
bi cibaria et porta/
bant ad eccleſiā: co
medentes ⁊ biben/
tes anteqꝫ ſumerēt
ſacramētum: et ſic
laute comedebant
⁊ bibebant: paupe
res autē eſuriebāt:
ergo dicit [⁊ alius
quidē eſurit: alius
autem ebrius eſt. Nunqd domos non ha
betis ad manducandū ⁊ bibendū] ſcꝫ do
mos nō cōſecratas [aut eccleſiā dei contē
nitis] Ly. q. d. certitudinaliter in hoc eſt
cōtemptus eccleſie que cōſecrata eſt [⁊ cō
funditis eos] i. pauperes [qui nō habēt]
ſcꝫ laute comedere coram tanta multitu/
dine [quid dicam vobis] Ly. ſuper hoc fa
cto [Laudo vos] ſup. in alijs [in hoc non
laudo] ſed vitupero [Ego enim accepi a
dño] Ly. mihi reuelante [qđ ⁊ tradidi vo
bis qm̄ dñs ieſus] qui eſt inſtitutor ſacra/
mentorum ⁊ nō alius [in qua nocte tradeba
tur] Gor. i. iminente paſſione cuius nocte
traditio facta eſt. i. in veſpera noctis [ac/
cepit panem] ⁊ benedixit: vt habetur Mat
thei. xxvi. [⁊ gratias agens] Ly. vt doce/
ret nos in omnibꝰ
gratias agere deo
[fregit ⁊ dixit: Ac/
cipite ⁊ manduca/
te hoc eſt corpꝰ me
um] ſcꝫ cōtentum
ſub ſpecie panis: qꝛ
panis tranſſubſtā/
tiatur in verū corpus
chriſti diuina virtu
te per cōuerſionem
ſolis accidentibꝰ re
manētibus [quod
ꝓ vobis tradetur.
Hoc facite in meā
cōmemoratioem]
Gor. id eſt ī memo
riam mee mortis ⁊
paſſionis [Simili
ter ⁊ calicem] ſcilꝫ
accepit] Poſtqꝫ ce
nauit] ⁊ vinū in ca
lice cōtentum cōſe/
crauit in ſanguinē
ſuum [dicens: Hic
calix] Gorra. id eſt
cōtentuꝫ in hoc ca/
lice [nouum teſta/
mentuꝫ eſt in meo
ſanguine] Lyra. qꝛ
nouū teſtamētum]
confirmatū eſt ſan
guine chriſti effu/
ſo [Hoc facite quotienſcūqꝫ bibetꝫ] Gor.
ſcilicet ſanguinē meum in ſpecie vini [in
meam cōmemorationeꝫ] id eſt memoriā
paſſionis mee [quotienſcūqꝫ enī mandu
cabitis panem hunc et calicem bibetis]
Lyra. i. hoc ſacramentū in quo ſub ſpecie
panis cōtinetur verum corpus chriſti: ⁊ ſub
ſpecie vini verus ſanguis chriſti [morteꝫ
domini annūciabitis] ipſam repreſen/
tando per hoc ſacramentū [donec veni/
at] ſcilicet ad iudicium: per quod intelli/
gitur ꝙ celebratio huius ſacramenti non

deficiet in eccleſia vſq3 ad finem mundi.
Matth.vlti. Ecce ego vobiſcū ſum vſq3
ad ꝯſūmationē ſeculi[ Itaq3 quicūq3 mā
ducauerit panem ꝛ biberit calicē dn̄i indi
gne] Ly.ſcz cum volūtate peccandi mor/
taliter de futuro vł
impenitens de pre
terito[ reuſ erit cor
poris et ſanguinis
dn̄i] Gloſ.i.penas
mortis xp̄i exoluet
i.punief ac ſi xp̄m
occideret [ Probet
autē ſeip̄m homo]
Ly.ſcz ꝓpriā cōſciē
tiam diligēter exa/
minādo ꝛ emendā
do[ ꝛ ſic de pane il
lo edat] ſcilicet fru
ctuoſe[ et de calice
bibat] Ly. fit autē
hic mētio de dupli
ci ſpecie: ſcz panis
ꝛ vini. Nam in pri/
mitiua eccleſia ſic
dabaf fidelibꝰ: ſed
ꝓpter periculū effu
ſionis ſanguis mo
do datur tantū lai
cis ſb̄ ſpecie panis
ſacerdos tamē cele
brās accipit ſub v/
traq3 ſpecie nō tan
tum celebrans ꝓ ſe
ſed etiā ꝓ alijs[ q̄
eni manducat ꝛ bi
bit idigne] Cor.i.
irreuerēter vel exiſtēs in crimine[ iudiciū
ſibi mādūcat ꝛ bibit].i.ad ſuā dānationē
ſumit[ nō dijudicās corpus dn̄i] Ly.i.di/
ſcernens ab alijs cibis ſumens eodē mo/
do ſicut alios cibos corporales.

Deus charitas eſt. In hoc apparu
it ꝛc̄. Ante iniciū illius ep̄le ſcri/
bit.s.Johānes di. Ip̄i de mundo
ſunt ꝛ ideo de mūdo loquunf et mundus
eos audit. Nos ex deo ſumus chariſſimi
diligamus inuicē: q2 charitas ex deo eſt.
Tunc ſequif ep̄la hodierna [ Deus cha/
ritas eſt] Ubi.s.Johānes ap̄lus ꝛ euan/
geliſta quem xp̄s pre ceteris dilexit maxi
me cōmendat nobis charitatem dei ꝛ pri
mi: ſic ſimiliter in euāgelio hodierno ſan
ctus Lucas dicit nobis de quodā diuite
qui nec circa deū nec circa ꝓximū ſcz pau
perem Lazarū ali/
qua dilectōe moue
batur: ſed induceba
tur purpura ꝛ byſ/
ſo: ꝛ epulabaf quo/
tidie ſplendide: ſīō
ſepultus eſt ī infer
no Et ſi volumꝰ
hoc malū euadere
tunc debemus deū
ꝛ ꝓximum diligere
[ q2 deus charitas
eſt] Ly.increata ſi/
cut eſt bonitas ꝛ ſa
pientia[ in hoc] ve
lut in certiſſimo ſi/
gno [ apparuit cha
ritas dei in nobis]
id eſt oſtenſa eſt er
ga nos[ qm̄ filium
ſuū vnigenitū] non
ſeruū[ miſit] ſcz de
us pater [ in mun/
dum] ſcz in huma
nitate aſſūpta[ vt
viuamꝰ per eum]
Uin. ꝛ non iudice
mur ꝑ eum [ in h̄]
id eſt in hac miſſio
ne[ eſt charitaſ ma
nifeſta non q̄ſi nos
dilexerimꝰ deū: ſed
qm̄ ip̄e prior dilexit nos].ſ.predeſtinādo:
vocādo: iuſtificādo[ ꝛ miſit filiū ſuū ꝓpici
ationē] Uin. ꝛ deus nobis ꝓpiciaf ꝑ ip̄m
[ ꝓ peccatis noſtris] ſcz tollendis[ chariſ
ſimi ſi deus dilexit nos: ꝛ nos debemꝰ al/
terutrū ].ſ.exēplo xp̄i[ inuicem diligere.]
Uincē.ſi deus diligit nos: tunc debemus
diligere id qđ deus diligit: ſed deus dili/
git oēm hoiem: ergo ꝛ nos quēlibet hoiē
debemꝰ diligere[ Deū nemo vidit vnq3]
Uin.in p̄nti deus non poteſt videri ſicut
eſt: ſed ſolū in futura vita. Unde Aug.di
cit. ꝙ cōceſſum fuit Paulo ꝛ Moyſi vide

nec veniat. Itaq3 quicūq3 man=
ducauerit panē ꝛ biberit calicē
dn̄i indigne reus erit corporis ꝛ
ſanguis dn̄i. Probet aūt ſeip̄m
homo ꝛ ſic de pane illo edat ꝛ de
calice bibat. Qui eni manducat
ꝛ bibit indigne iudiciū ſibi man
ducat ꝛ bibit nō dijudicans cor=
pus domini.

Dn̄ica prima poſt feſtū trini=
tatis.i.Johan.iiij.

Deus charitas ē. In hoc
apparuit charitas dei in
nob qm̄ filiū ſuū vnige
nitū miſit deus in mundū vt vi=
uamus ꝑ eum. In hoc eſt chari=
tas nō quaſi nos dilexerimꝰ de=
um: ſed qm̄ ip̄e prior dilexit noſ
et miſit filiū ſuū ꝓpiciationē ꝓ
peccatis nr̄is. Chariſſimi ſi deꝰ
dilexit nos ꝛ nos debemꝰ alteru
trū diligere. Deum nemo vidit

re diuinā eſſentiā: ſed hoc fuit in raptu et tranſitorie et nō manſiue: qꝛ tunc fuerunt rapti extra ſenſus corporis [Si diligimꝰ inuicē] .ſ. ex ſincera charitate [deus in nobis manet] per gratiā inhabitantē [⁊ charitas eius in nobis perfecta eſt.] Tūc enī charitas dei ꝑfecta eſt in nobꝭ: quū eum diligimus: nō ſolū in ſe: ſed etiā in ſua imagine: id eſt in hoīe [In hoc intelligimꝰ] id eſt cognoſcimus [quō in eo manemus] ꝑ charitatē qua deū diligimꝰ [⁊ ipſe in nobis] per charitatē qua nos diligit [quō de ſpiritu ſancto] ſcꝫ ab ipo ꝓcedente [dedit nobis ⁊ nos] Lyra. id eſt ego Johānes ⁊ alij apl'i mecum [vidimus] .ſ. eiꝰ humanitatē oculis corporalibꝰ: ⁊ eius diuinitatē oculis mentalibꝰ non in ſe ſed in effectibꝰ ſuis: qꝛ viderūt eum facientē miracula virtutem totius creature tranſcendētia [⁊ teſtificamur] de viſis que vidimus [quō pater miſit filiū ſuū] eiuſdē nature ⁊ poteſtatꝭ cum eo [ſaluatorē mūdi] ꝑ paſſionē in humanitate aſſumpta [quiſq́s cōfeſſus fuerit] Hoꝛ. ſcꝫ cōfeſſione perfecta: cordis: oris: ⁊ operis: nō diminuta vnius vocis. Unde Aplus: Confitenť ſe noſſe deū factis autē negant [quō ieſus eſt filius dei] ita ꝙ idē eſt filius dei ⁊ filius hoīs [deus in eo manet] .ſ. per gratiā [⁊ ipſe in deo] vt refugio Unde pſ. lxxxix. Dn̄e refugiū factꝰ es nobis [⁊ nos] ſcꝫ apl'i [cognouimus] .ſ. ꝙ ieſus ē filius dei [⁊ credidimꝰ charitati quā habꝫ deus in nobis] Ly. i. credimus ipm ſpecialiter habitare nobiſcū per charitatem [deus charitas eſt] Unde Augꝰ. ſuper illo verbo. Si in ſingulis locis ſacre ſcripture nihil aliud diceretur de charitate: niſi ꝙ deus charitas eſt: nō aliud ꝗ̄ charitatem querere deberemus. Non enī charitas poterat altius cōmendari ꝗ̄ ꝙ deus diceret [⁊ q̇ manet in charitate in deo manet] Hinc. tanꝗ̄ palmes in vite: tanꝗ̄ mēbrū in corpore [et deus in eo] manet tanꝗ̄ habitator in domo: tanꝗ̄ ſpōſus in thalamo: tanꝗ̄ ſacerdos in tēplo. Un̄ bern̄. qꝛ deꝰ charitas eſt ⁊ ideo charitate nihil melius eſt ⁊ qui manet in charitate in deo manet: ideo charitate nihil eſt ſecurius: ⁊ deus in eo: ⁊ ideo charitate nihil iocūdius [in hoc ꝑfecta eſt charitas dei nobiſcū] id eſt ꝑfecta eſſe oſtenditur [vt fiduciā habeamꝰ in die iudicij] Hinc. ſi talē fiduciā habeamus ad deū ꝙ audemus ſecure apparere in cōſpectu eius ⁊ reddere ei votum tunc indubitanter habemus perfectā charitatē [qꝛ ſicut ille eſt] Lyra. benefaciens de celo iuſtis ⁊ iniuſtꝭ [⁊ nos ſumus in hoc mūdo] ſcꝫ ꝑ amore eius amicos ⁊ inimicos diligendo [timoꝛ nō eſt in charitate] qđ intelligitur de timore ſeruili: inquantū ſeruilis eſt: nō autem intelligitur de filiali: qꝛ ille timoꝛ ſtat cum charitate ꝑfecta [ſed ꝑfecta charitas foris mittit timorē] qꝛ charitas etiā quecūq́ excludit timorem ſeruilem [quoniam timoꝛ penā habet] id eſt timori ſeruili pena debetur: qꝛ facit cauere peccatū ſolūmodo ne puniatur nō ꝓpter deteſtationē vitij: nec ꝓpter vitandā offenſam dei ſicut

vnꝗ̄. Si diligimꝰ inuicē deus in nobis manet ⁊ charitas eiꝰ in nobis ꝑfecta eſt. In hoc itelligimꝰ quō ī eo manemꝰ ⁊ ipſe ī nobꝭ quō de ſpū ſctō ſuo dedit nobis. Et nos vidimus ⁊ teſtificamur: quō pr̄ miſit filiū ſuū ſaluatorē mundi. Quiſq́s ꝯfeſſus fuerit quō ieſus eſt filiꝰ dei deus ī eo manet ⁊ ipſe in deo. Et nos cognouimꝰ ⁊ credidimꝰ charitati quā habꝫ deus ī nobis. Deus charitas eſt ⁊ q̇ manet in charitate ī deo manet et deus in eo. In hoc ꝑfecta eſt charitas dei nobiſcū vt fiduciam habeamꝰ ī die iudicij: qꝛ ſicut ille eſt ⁊ nos ſumus in hoc mūdo: timoꝛ nō eſt in charitate: ſed perfecta charitas foris mittit timorē: quoniā timoꝛ penā habet

fur quandoq̧ dimittit furari ꝓpter ſuſpen
dium [qui autē timet] Ly. hoc modo [nō
eſt ꝑfectus in charitate]. i. nō habet chari
tatem ipm perficientem [nos ergo diliga
mus deū] Hor. dilectōe perfecta [quoniā
deus prior dilexit
nos] q̄ȝ noſipſos: i/
mo cum adhuc ini
mici eſſem⁹ dilexit
inimicos vt faceret
amicoſ: dilexit iniu
ſtos: vt faceret iu/
ſtos: dilexit egros:
vt faceret ſanos.
[Si qs dixerit q̄m
diligo deū: ꝛ fratrē
ſuuȝ oderit] qui eſt
imago dei [mēdax
eſt] Lyra. quia dile
ctio ꝓximi includit
in dilectōe dei [qui
nō diligit fratrē ſu
um quem videt.]
Hor. vnde euȝ ple/
nius cognoſcit [de
um quē non videt]
id eſt quem minus
cognoſcit [quō po/
teſt diligere] Vnō
Aug. Inuiſa q̄ppe
diligere poſſumus
incognita nequaq̄ȝ
[et hoc mandatuȝ
habem⁹ a deo] ſci/
licet de dilectōe dei
ꝛ ꝓximi [vt qui di/
ligit deum] Hora
ꝓpter ſe [diligat et
fratrem ſuū] ꝓpter
deum. Duo enim ſunt mandata charita/
tis ſcȝ: dei ꝛ ꝓximi: nec poteſt vnus diligi
ſine alio.

autem eius iuſta. Tunc ſtatim ſequitꝛ pre
ſens epiſtola que cōcordat cum euāgelio
hodierno: in quo euāgelio agitꝛ de cena vi
te eterne: ad quā cenam peruenitꝛ per cha
ritatem dei ꝛ ꝓximi: de qua habetꝛ plenius
in epiſtola preſenti
Vnde dicit Johes
[Chariſſimi: noli/
te mirari] quaſi in/
ſolituȝ] ſi odit vos
mūdus] id eſt mū/
di amatores: q̄ꝛ nō
eſt nouū illud iur/
gium: ſed fuit a ꝑn
cipio mundi inter
bonos et malos: ſi/
cut ptȝ inter Cayn
ꝛ Abel: inter Iſaac
ꝛ Iſmael: inter Ja
cob et Eſau [Nos
ſcimus] Ly. certi/
tudine fidei [quo/
niam trāſlati ſum⁹
de morte] ſcȝ culpe
[ad vitā] gratie [q̄
niam diligim⁹ fra/
tres] q̄ꝛ opa bona
in charitate facta
ſūt meritoria [q̄ nō
diligit mā̄et i mor/
te] q̄ꝛ caret charita
te que eſt vita ani/
me [oīs qui odit
fratrem ſuū homi/
cida eſt] q̄ꝛ primo
occidit animā pro/
priam: ſecūdo ani/
mam ꝓximi inq̄ȝtū
in ſe eſt: q̄ꝛ ꝓuocat
ipm ad odium mutuum [ꝛ ſcitis quoniā
omnis homicida nō habet vitam eternā]
Hor. i. nō habet chriſtū qui eſt vita eterna
[in ſe manentē] hoc dicit ad differētiā vi
te nature: que eſt vita tranſiens [in hoc]
tanq̄ȝ in ſigno certiſſimo [cognouim⁹ cha
ritatem dei]. i. chriſti erga nos [quoniā il
le ꝑ nobis] indignis [animā ſuā]. i. vitaȝ
corporalem [poſuit]. i. morti crucis expo/
ſuit [ꝛ nos] exemplo eius [debemus ani/
mas] Ly. i. vitam corporalem [ꝑ fratrib⁹

Qui aūt timet nō eſt ꝑfectus in
charitate. Nos ergo diligamus
deuȝ: quoniā deus prior dilexit
nos. Si quis dixerit quoniā dili
go deū ꝛ fratrē ſuū oderit men/
dax eſt. Qui enim nō diligit fra
trem ſuū quē videt: deuȝ quem
nō videt quō poteſt diligere. Et
hoc mandatum habemus a deo
vt qui diligit deum diligat ꝛ fra
trem ſuum.

Dūica. ij. poſt feſtum Trinita
tis. j. Johan. iij.

Nolite mirari ſi odit vos
mūdus. Nos ſcim⁹ q̄m
tranſlati ſumus de mor/
te ad vitam quoniā diligim⁹ fra
tres. Qui nō diligit manet i mor
te. Omnis qui odit fratrē ſuum
homicida eſt. Et ſcitis quoniaȝ
omnis homicida nō habet vitaȝ
eternā in ſe manentē: in hoc co/
gnouimus charitatē dei: q̄m ille
ꝑ nobis aīam ſuā poſuit: et nos

¶ Poſtilla.

Nolite mirari ſi odit vos mūdus.
ꝛc. Ante initiū illius epiſtole ſcri/
bit ſanctus Johānes in eodē cap.
dicēs. Chariſſimi hec eſt annūciatio quā
audiſtis ab initio: vt diligatis alterutrū:
nō ſicut Cayn qui ex maligno erat ꝛ occi/
dit fratrem ſuū et ꝓpter quid occidit eum
quoniā opera eius maligna erant: fratris

ponere] id eſt ꝓ ſalute eoꝝ ſpũali ponere.
Et hoc debitũ patet ex ordine charitatis:
ſm quem deus ſuper omnia diligẽdus: ⁊
poſt ipm anima ꝓpria: ⁊ loco tertio anima
ꝓximi: quarto ⁊ vltimo ꝓprium corpus [q̃
habuerit ſubſtanti
am huius mundi]
Vinceñ. id eſt: bo/
na temporalia [⁊ vi
derit fratrem ſuũ]
id eſt ꝓximum ſu/
um [necesse habe/
re] Ly. ſcz neceſſita
tẽ extremã [⁊ clau/
ſerit viſcera ſua ab
eo] id eſt affectũ in
teriorẽ nõ cõpatien
do ei et ſubuentio/
nem denegãdo [q̃/
modo charitaſ di]
Hor. que a deo in/
fundit: et qua deus
diligitur] manet in
eo] q. di. nullo mo/
do: quia non poteſt
diligi deus ſine ꝓ/
ximo: nec ecõuerſo:
etiã quia charitas
benigna eſt: id eſt:
larga egenis: et in
caſu extreme neceſ
ſitatis tenet etiam
quilibet de neceſſa/
rio dare. Vñ Am/
broſiꝰ. Paſce fame
morientẽ ſi non pa
uiſti occidiſti. [Filioli mei] ſcz quos per
euangeliũ genui [nõ diligamus verbo ne
q3 lingua] verbo tantũ diligit qui hoc qđ
ꝓmittit nõ ſoluit [ſed opere] id eſt exhibi
tione beneficij [⁊ veritate] ſcz pure inten/
tionis. Glo. vt ſimplici intentõe beneficia
preſtemus nõ ꝓpter iactantiam nec ꝓpter
temporale lucrum.

Humiliamini ſub potenti manu
dei ⁊c̃. Ante initiũ illius epiſto/
le ſcribit ſanctus Petrus in codẽ
cap. Deus ſuperbis reſiſtit: humilib⁹ au/
tem dat gratiã. Tũc ſtatim ſequit epiſto/
la preſens in qua beatus Petrꝰ docet nos

debemus animas ꝓ fratribꝰ po-
nere. Qui habuerit ſubſtãtiã hu
ius mundi ⁊ viderit fratrẽ ſuum
neceſſe habere: ⁊ clauſerit viſce
ra ſua ab eo: quomodo charitas
dei manet in eo. Filioli mei non
diligamꝰ verbo neq3 lingua: ſed
opere ⁊ veritate.

Dñica. iij. poſt feſtum Trini-
tatis. j. Petri. v.

Humiliamini ſub poten-
ti manu dei: vt vos exal
tet in tpe viſitatõis: oẽm
ſolicitudinẽ veſtrã ꝓijcientes in
eum: quoniã ipſi cura eſt de vo-
bis. Sobrij eſtote et vigilate: q2
aduerſariꝰ veſter diabolꝰ tanq3
leo rugiens circuĩt querens quẽ
deuoret. Cui reſiſtite fortes in fi
de ſciẽtes eandẽ paſſionẽ ei que
in mũdo eſt vr̃e fratnitati fieri.

quomodo habere debeamus nos ad deũ:
dicens: [Humiliamini] Hor. humilitate
volũtaria non coacta [ſub potenti manu
dei] vel nos humiliabimꝰ nos ei: vel ipſe
opprimet nos: q2 manũ eius effugere im/
poſſibile eſt [vt vos
exaltet] q2 omnis
q̃ ſe humiliat exal/
tabit. vt p3 Luce
xviij. [in tpe viſita
tionis] id eſt in die
iudicij quãdo deus
iudicabit mundũ ⁊
reddet tunc vnicui
q3 ſm opa ſua [om
nem ſolicitudinem
veſtrã] .ſ. corporis
⁊ anime [ꝓijcienteſ
in eu3] Unde Au
gu. Proijce te in de
um non eſt eni tam
crudelis vt ſe ſub/
trahat et te cadere
permittat [qm̃ ipſi
cura eſt de vobis]
ſcz ſpecialis [ſobrij
eſtote] in victu ⁊ ve
ſtitu [⁊ vigilate] id
eſt diligenter a pec
catis cauete [q2 ad
uerſariꝰ veſter dia/
bolus] q̃ ſemꝑ bo/
nis ⁊ fidelib⁹ aduer
ſatur [tanq3 leo ru
giens] per ſeuitia3
[circuĩt] per mali/
ciam [querens quem deuoret] incorporã/
do ſibi per mortalem culpã [cui reſiſtite]
Hor. eius ſuggeſtionib⁹ nõ acquieſcendo
Unde Jacobi. iiij. Reſiſtite diabolo ⁊ fu/
giet a vobis [fortes ĩ fide] tanq3 in ſcuto:
[ſcientes eandem paſſionem] id eſt conſi
milem tribulationẽ ⁊ tentationẽ: quã vos
ſuſtinetis [ei fieri] ſcilicet a diabolo [que
in mundo eſt veſtre fraternitati] id eſt ve
ſtris fratrib⁹ per mũdum diſperſis: qua/
ſi diceret non puteris temptatõe carere eo
q2 fidelis eſtis: immo magis temptabimi
ni: ergo cauete vos diligenter ne ſuperbi/
mini. Unde dicitur Eccleſiaſtici. ij. Fili

accedēſ ad ſeruitutē dei ſta in iuſticia ⁊ ti
more ⁊ prepara animā tuā ad tentationē
[deus aūt] ſcꝫ qui eſt dator [omnis grē]
Hor. qꝛ bonoꝝ tpaliū: naturaliū: ſpūaliū:
⁊ eternoꝝ [qui vocauit nos] vocatōe inte
riori per inſpiratio
nem: ⁊ exteriori per
ꝑdicationē [in eter
nam ſuā gloriā]. ſ.
finaliter cōſequen/
dam [in xp̄o ieſu]
id eſt per xp̄m ieſū
[ipſi gloria ⁊ impe
rium] ſcꝫ ad alios
[in ſecula ſecꝉoꝝ]
id eſt in eternū.
Exiſtimo e/
nim ꝙ non
ſunt condi/
gne paſſio. ⁊c̄. An/
te initiū illius ep̄le
ſcribit. s. Paulꝰ in
eo. cap̄. vi. Si filiȷ ⁊
heredes: heredes q̄
deꝫ dei: coheredes
autē xp̄i: ſi tm̄ cōpa/
timur vt ſimul glo
rificemur. Tūc ſta
tim ſequit̄ preſens
ep̄la in qua ap̄ls
Paulꝰ hortat̄ nos:
vt patienter tolere
mus paſſiones ⁊ ꝑ
ſecutōes huiꝰ mun
di: qꝛ ad futurā glo
riam non peruenit̄
niſi per tolerantiā patienter paſſionum: ⁊
qualeſcūqꝫ ſint tales paſſiones tpales: nō
tm̄ ſunt cōdigne ad futurā gloriā: hoc oſtē
dit ap̄ls Paulus qui fuit raptus vſqꝫ ad
tertiū celū ⁊ vidit magnitudinē glorie ce
leſtis. Et viſis illis gaudiȷs poſt hoc dixit
[Fratres exiſtimo] Uin. i. vere ſcio ꝙ nō
ſunt ꝯdigne]. i. equales [paſſiones huius
tpis] Hor. i. tpales ⁊ momentanee [ad fu
turam gloriā] ſcꝫ ꝓmerendā [que reuela/
bitur in nobis] Uinceñ. tam malis ꝙ̄ bo
nis ſed diuerſimode: qꝛ ꝙ̄uis gloria futu
ra ab omnibꝫ cognoſcet̄ ⁊ videbit̄: tm̄ hoc
erit bonis ad gaudiū ⁊ ad ſalutem: malis

Deus aūt omnis gratie qui vo-
cauit nos in eternā ſuā gloriā in
xp̄o ieſu: ipſi gloria ⁊ imperiū in
ſecula ſeculoꝝ: Amen.

Dn̄ica. iiij. poſt feſtum Trini
tatis. ad Roma. viij.

Exiſtimo enī ꝙ nō ſūt cō-
digne paſſiōes huiꝰ tem
poris ad futurā gloriam
que reuelabit̄ ī nob. Nam expe
ctatio creature reuelationē filio
rum dei expectat. Uanitati enī
creatura ſubiecta eſt nō volens
ſed ꝓpter eum qui ſubiecit eam
in ſpe. Quia ⁊ ipā creatura libe
rabit̄ a ſeruitute corruptōis in li
bertatem glorie filiorum dei: ſci-
mus enī ꝙ omnis creatura inge
miſcit et parturit vſqꝫ adhuc.
Non ſolum autē illa: ſed ⁊ noſ-
ipſi primitias ſpiritus habentes

ad omnē triſticiā ⁊ penā [nam expectatio
creature] Ly. i. homīs qui eſt oīs crea/
ra: vt patꝫ Marci vlti. Predicate euange
lium omni creature: id eſt homini [reuela
tionem filioꝝ dei] Ly. in beatitudine cele
ſti vbi deꝰ clare vi/
debitur [expectat]
ſcꝫ per patientiam
[vanitati eni] id ē
paſſibilitati: morti:
⁊ incinerationi [crea
tura] id eſt huma/
na natura [ſbiecta
eſt nō volēs] id eſt
eſt ꝓpria volūtate: ⁊
hoc ꝓpter petm̄ ade
quod nō eſt volun/
tariū in nobis [ſed
ꝓpter eum] id eſt ꝓ
pter deum [qui ſub
iecit eam in ſpe]. ſ.
reſurrectōis future
[quia ⁊ ipā creatu
ra] id eſt humana
natura [liberabit̄ a
ſuitute corruptio/
nis] ſcꝫ quando in
reſurrectōe ex glo/
ria anime erit cor/
pus imortale [Sci
mus eni ꝙ omnis
creatura] ſcꝫ irra/
tionalis [ingemiſcit
et parturit vſqꝫ ad
huc] hic ap̄ls indu
cit nos ad toleran/
tiam paſſionis duplici exemplo. Primuꝫ
eſt creaturarū irrationaliuꝫ que ſuſtinent
multa ⁊ tamen nō habent ſpem remune/
rationis ſicut nos habemus. Secūdū ex
emplū eſt ipoꝝ apoſtoloꝝ qui primitus ⁊
plenius ceteris credentibꝫ ſpiritūſanctuꝫ
ſuſceperunt ⁊ patienter tolerabant multa
aduerſa et dilationē glorie in ſpe reſurre/
ctionis future: ergo dicit [nō ſolum illa]
ſcꝫ irrationalis creatura: [ſꝫ ⁊ nos ipſi] ſci
licet apoſtoli [primitias ſpiritus haben/
tes] Lyra. id eſt in maiori plenitudine ſpi
ritūſanctū habentes [et ipſi intra nos ge/
mimus] exiſtentes in tribulatōibꝫ [ado/

ptionem filioꝝ dei expectãtes ].i.premiũ
qđ reſeruat̃ filijs adoptõis [redemptionẽ
corporis noſtri ]qꝛ tunc erit corpus imor
tale: ꝛ ſic redimet̃ a corruptiõe [in chriſto
ieſuſ dño noſtro.

dictionẽ]dei: ſcꝫ de qua dicit̃ Matt.xxv.
Venite benedicti patres mei ꝛc̃[heredi/
tate poſſideatis ].ſ.celeſte regnũ qđ nõ da
tur maledicis. Unde aplꝰs. Necꝫ male/
dici necꝫ rapaces regnũ dei poſſidebunt:

Omnes vna
nimes in o/
ratione eſto
te ꝛc̃. Ante initiuꝫ
illiꝰ eplе ſcribit.s.
Petrus in eo.c. di.
Mulieres ſubdite
ſint viris ſuis: ſicut
Sara obediebat a
brae dñm eum vo/
cans cuius eſtis fi/
lie bene facientes.
Tunc ſequit̃ eplа
hodierna in qua a/
poſtolus Petrꝰ in/
ſtruit nos quomo/
do vnuſqſqꝫ ſe ad
alterũ habere debe
at di.[Omẽs vna/
nimes i orõne eſto
te ꝛc̃.]Cor.i.corv/
num ꝛ animã vnã
habẽtes nõ diſſen/
tientes [cõpatien/
tes ]ad inuicẽ ſicut
mẽbra vnius corpo
ris myſtici ipiꝰ xp̃i
per hoc alleuiat̃ il/
le q̃ patit̃ cum ꝑci/
pit alios ſibi cõpa/
tiẽtes. vt dicit phs
ĩ rhetoricoꝝ [frat/
nitatis amatores]
id eſt fraterne vni/
tatis ꝛ cõcordie cõ
ſeruatores[mode/
ſti]ſcꝫ in omibꝫ de/

Et ipſi intra nos gemimus adoptionẽ filioꝝ dei expectãtes redẽptionẽ corporis noſtri in chriſto ieſu dño noſtro.

Dñica.v.poſt feſtum Trinitatis.j.Petri.iij.

Omnes vnanimes in oratione eſtote cõpatiẽtes: fraternitatis amatores: miſericordes: modeſti: humiles: nõ reddentes malũ ꝓ malo vel maledictũ ꝓ maledicto: ſed ecõtrario benedicẽtes. Quia in hoc vocati eſtis vt benedictionẽ hereditate poſſideatis. Qui enim vult vitã diligere ꝛ videre dies bonos: coherceat linguã ſuam a malo ꝛ labia eius ne loquãt̃ dolum. Declinet aũt a malo ꝛ faciat bonũ: inq̃rat pacem ꝛ ſequat̃ eam: qꝛ oculi dñi ſup iuſtos ꝛ aures eius in preces eoꝝ. Vultus aũt dñi ſup faciẽtes mala. Et q̃s eſt q̃ vobis noceat ſi boni emulatores fueritis: ſed ꝛ ſi quid patimini propter iuſticiam beati.

[qui eni vult vitaꝫ
diligere]ſcꝫ vitam
beatã in qua nullꝰ
morit̃ [ꝛ videre di/
es bonos].ſ.in bea
titudine celeſti vbi
dies noctibꝫ non in
terrũpunt̃ faciat.ſ.
qđ ſequit̃[coerceat
linguã ſuam a ma/
lo ].i.a malo collo/
quio i aperto. Un/
de Aplꝰs.i.Coꝛ.
xv. Corrũpunt bo/
nos mores colloq̃a
praua [ꝛ labia eiuſ
ne loquant̃ dolũ ]id
eſt malũ in occulto
ꝓximũ decipiendo
[declinet aũt a ma
lo ]in opere[ꝛ faci/
at bonũ] he eni ſũt
due partes iuſticie
[inquirat pacẽ ]cũ
ꝓximo etiã iniurio
ſo [et ſequat̃ eam]
ſcꝫ perfecte [qꝛ ocu
li dñi ſuper iuſtoſ]
ad remunerãdũ [ꝛ
aures eiꝰ]id eſt vo
luntates [in preces
eoruꝫ [exaudiendi
[vultus autẽ dñi]
ſcꝫ ire indignatio/
nis [ſuper faciẽtes
mala ] ad punien/
dum eos [ꝛ q̃s eſt]

bitũ modũ ſeruando[miſericordes].ſ.ele
moſynas indigẽtibꝫ tribuẽdo [humiles]
ſcꝫ omnia bona deo attribuẽdo ꝛ nihil vo
bis[ nõ reddẽtes malũ ꝓ malo] in factis
iniurioſis[nec maledictuꝫ ꝓ maledicto]
verbis cõtentioſis[ ſed ecõtrario benedi/
centes ]verbis benignis ꝛ pacificis[ qꝛ in
hoc vocati eſtis] ſcꝫ ad fidem xp̃i [vt bene

homo vel etiam diabolus [qui vobis no/
ceat ]id eſt nocere poſſit: ſcꝫ a bono violẽ/
ter retrahendo.q.d.nullus [ſi boni ]nota
boni eſt hic genitiui caſus[ emulatores]
id eſt amatores [fueritis. Sed ꝛ ſi quid]
id eſt modicũ [patimini ]in preſenti tem/
pore[ꝓpter iuſticiã beati ] eſtis iam in ſpe
tandem in re. vt dicit̃ Matthei.v. Beati

qui perſecutionē patiunꝛ ꝓpter iuſticiam qm̄ ipoꝝ eſt regnū celoꝝ [Timorē autē eoꝝ ne timueritis] Ly.i.timorē eijcientē a bono virtutꝪ [vt nō cōturbemini] impacienter aduerſa ſuſtinēdo [dn̄m aūt xp̄m ſanctificate] .i. firmate [in cordibus vr̄is] .i. ſibi firmiter adherendo.

Quicūqꝫ baptiſati ſumus ī xp̄o ieſu ꝛc. Ante initiū illiꝰ epl'e ſcribit .s. Pau. dicens. Ubi abundauit delictū ſupabūdauit ꝛ gratia. Et ſicut regnauit pctm̄ in morteꝫ ſic ꝛ gratia regnat per iuſticiā in vitā eternā per ieſū chriſtum dn̄m noſtruꝫ. Tunc ſequiꝛ epl'a hodierna in qua apoſtolꝰ hortaꝛ nos ad vite perfectionē que conſiſtit in h̄ ꝙ pctis mortui ſoli deo viuamus. Un̄ dicit [Fr̄es: Quicūqꝫ baptiſati ſumꝰ] id eſt nos cuiuſcūqꝫ cōditōis ꝛ ſexus fuerimus [in xp̄o ieſu] id eſt in forma tradita a xp̄o in euangelio Matth.vl. Euntes in mundū vniuerſum predicate euangelium om̄i creature baptiſantes eos in noie patris ꝛ filij ꝛ ſpiritusſancti. Illa forma verboꝝ nō debet mutari ꝛ nihil debet addi vel minui [in morte ipius baptiſati ſumus] id eſt in virtute mortꝪ ipius. Baptiſmus eni habꝫ virtutē ex paſſione chriſti. In cuius ſignū de latere ipius chriſti exiuit ſanguis et aqua. vt ptꝫ Joh.xix. vt ſignificareꝛ ꝙ aqua baptiſmi habet virtutem a ſanguine paſſionis chriſti. [Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmū in mortem] q.di. in baptiſmo ſimiles ſumus morti chriſti. Ubi notādū ꝙ baptiſmus tenet ſimilitudinē mortis chriſti in tribus. Primo q2 baptiſmus totū baptiſatum in ſe includit ꝛ tegit: ſicut ſepultura totū chriſtū incluſit. Secundo q2 ſicut triduo fuit ibi incluſus ſic fit trina imerſio in baptiſmo niſi vſus aliter habeat. Tertio q2 ſicut ſepultus plene quieſcit ab omni moleſtia: ſic baptiſatus ab omni culpa ꝛ pena: q2 totum relaxatur in baptiſmo. [vt quomodo ſurrexit chriſtꝰ a mortuis] .i. a loco mortuoruꝫ ſcꝫ de ſepulchro [per gloriam dei patrꝪ] id eſt ad laudem ꝛ gloriam dei patris [ita nos in nouitate vite ambulemus [de bono in melius ꝓficiendo [ſi eni cōplantati] Uincē.i. firmiter adherēdo chriſto ſicut radix plante adheret [facti ſumꝰ ſilitudini mortis eius] id ē ſicut chriſtus poſt mortem reſurrexit corporaliter: ſic et nos poſtqꝫ ꝛ ſemel mortui fuerimus pctō debemus fieri noui homines ſpiritualiter [ſimul ꝛ reſurrectōis erimus] id eſt ſicut ipſe ſurrexit a morte pene ad vitam glorie: ſic et nos a morte culpe ad vitam gratie [hoc ſentientes q2 vetus homo noſter] .i. fomes peccati quem ab adam qui eſt vetus homo traximꝰ [ſimul crucifixus eſt] .i. delibutus eſt in baptiſmo vt iaꝫ nos cogere nō poſſit ad peccanduꝫ [vt deſtruaꝛ corpus peccati] id eſt cōgeries prauoꝝ operum [vt vltra nō ſeruiamꝰ pctō] ſed deo: q2 nemo poteſt duobus dn̄is ſuire. Matth. vi. [qui eni mortuus eſt pctō] Ly.i. cōfiguratꝰ morti chriſti per baptiſmū [iuſtificatus eſt a pctō]

Timorē autem eoꝝ ne timueritis vt non cōturbemini. Dn̄m autem chriſtū ſanctificate in cordibus veſtris.

Dn̄ica ſexta poſt feſtum Trinitatis: ad Roma. vi.

Quicūqꝫ baptiſati ſumꝰ in xp̄o ieſu in morte ipius baptiſati ſumus. Cōſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmū in mortem: vt quō ſurrexit xp̄s a mortuis ꝑ gloriā patris: ita ꝛ nos ī nouitate vite ambulemus. Si eni cōplātati facti ſumus ſilitudini mortis eius: ſil' ꝛ reſurrectōis erimus. Hoc ſciētes q2 vetus homo noſter ſil' crucifixus eſt vt deſtruaꝛ corpꝰ peccati vt vltra nō ſeruiamus pctō. Qui eni mortuus eſt iuſtificatꝰ

q̄ baptiſmus delet culpã ⁊ penã [ſi autez
mortui ſumus cum chriſto credim⁹ q̄ ſi/
mul etiã viuemus cum eo ] Gor. ſcz in glo
ria celeſti [ ſcientes q̄ chriſt⁹ reſurgens ex
mortuis iam nõ morit̃: mors illi vltra nõ
dñabit̃ ] Ly. q̄ reſur
rexit ad vitã imor/
talem [ qđ eni mor/
tuus eſt pctõ ] ſcilz
xp̄s p pctõ tollẽdo
[ mortu⁹ eſt ſemel ]
q̄ vnica mors xp̄i
ſufficit ad tollẽduz
omnia pctã preteri
ta preſentia ⁊ futu/
ra [ qđ aũt viuit ]. ſ.
ip̄e chriſtus [ viuit
deo ]. i. ad ſimilitu
dinem dei patrĩ: vt
ſicut pater non põt
mori: ſic nec xp̄s fi/
lius dei ⁊ hominis
[ ita ⁊ vos eſtima/
te vos mortuos q̃/
dem eſſe pctõ ] per
totalẽ dimiſſionez
culpe. Et notanter
dicit eſtimate nõ p
certo reputate: qui/
a neſcit homo ſi fi/
naliter mortu⁹ eſt
peccato. Iuxta illđ
Eccl'es. ix. Neſcit
homo an odio vel
amore dign⁹ ſit [ vi
uentes autez deo ]
id eſt: ad honorem
dei [ in chriſto ieſu
dño noſtro ] id ẽ in
fide ieſu chriſti.

Humanuz
dico pter
infirmitatẽ ⁊c. Ante initiũ illius
ep̄le ſcribit ſanctus Pau. in eo. cap. dicẽs
Fratres: ſerui fuiſtis peccati: liberati autẽ
nunc a pctõ ſerui facti eſtis iuſticie. Tũc
ſtatim ſequit̃ preſens ep̄la: in qua ap̄lus
Paulus hortat̃ nos ad faciẽdũ bona ope/
ra ⁊ ad viuendũ ſm iuſticiã dicens: [ Hu
manũ dico ] Gor. i. quoddã leue vobis pre

eſt a pctõ. Si aũt mortui ſumus
cum xp̄o credimus q̄ ſimul etiã
viuemus cum chriſto. Scientes
q̄ xp̄s reſurgẽs ex mortuis iam
nõ morit̃: mors illi vltra nõ dña
bitur. Q̄ eni mortuus eſt: pctõ
mortuus eſt ſemel. Q̄ autẽ vi/
uit: viuit deo: ita ⁊ vos exiſtima
te vos mortuos quidẽ eſſe pctõ
viuentes autẽ deo. In xp̄o ieſu
dño noſtro.

Dñica. vij. ad Roma. vi.

Humanũ dico pter in/
firmitatẽ carnis veſtre ſi
cut eni exhibuiſtis mem
bra veſtra ſeruire immũdicie et
iniquitati ad iniquitatẽ: ita nũc
exhibete mẽbra veſtra ſuire iu/
ſticie in ſanctificationẽ. Cuz eni
ſerui eſſetis peccati: liberi fuiſtiſ
iuſticie: quẽ ergo fructũ habui/
ſtis tunc in illis in q̃bus nũc eru
beſcitiſ? Nã finis illoꝝ mors eſt
Nũc vero liberati a peccato: ſer
ui autem facti deo habetis fru/
ctum veſtrum in ſanctificationẽ

cipio. Onus eni iuſticie qđ vult eis impo
nere leue eſt: vt pz Matth. xi. Iugum eni
meũ ſuaue eſt ⁊ onus meũ leue [ pter in/
firmitatẽ carnis veſtre ] caro eni in princi
pio creatõis fuit fortis ⁊ ſana ⁊ obediens
anime: ſz pter pec
catũ facta eſt debi/
lis ⁊ ĩfirma: aggra
uans ⁊ deprimens
animã. Unde Sa
pien. ix. Corp⁹ qđ
corrũpit̃ aggrauat
animã [ ſicut eni ex
hibuiſtis mẽbra ve
ſtra ſeruire imũdi/
cie ] Gor. ſ. ad ſerui
endũ pctis carnali
bus [ ⁊ iniquitati ]
id eſt pctis ſpũali/
bus [ ad iniq̃tatẽ ]
id eſt ad ↄſũmatio
nem [ ita nũc exhi/
bete mẽbra veſtra ]
Ly. per bonã cõſue
tudinẽ abilitantes
ea [ ſeruire iuſticie ]
q. d. illud eſt leue. ſ.
q̄ nõ plus laboris
requirit̃ in ſeruitio
dei q̄ ducit ad glo/
riam q̄ȝ in ſeruitio
diaboli q̄ ducit ad
gehẽnã [ in ſanctifi
cationẽ ]. i. ſctitatĩ
cõſũmationẽ [ cum
eni ſerui eſſetĩ pcti
liberi fuiſtis iuſti/
cie ] Ly. i. ſpoliati a
bono iuſticie [ quez
ergo fructũ ] i. vti/
litatẽ [ habuiſtĩ tũc
in illis ] ſup. pctis:
[ in quib⁹ nunc ]. i. poſt penitentiã [ erube/
ſcitis ] q. d. nullam vtilitatẽ habuiſtis: ſed
maximũ damnũ [ nam finis illoꝝ ] ſcz pec
cato ſeruientiũ [ mors eſt ]. ſ. eterna [ nunc
vero liberati a peccato ] Ly. p eius dimiſ/
ſionem [ ſerui autez facti deo ] per iuſticie
operationẽ [ habetis fructũ veſtrũ ] Uin
id ẽ vtilitatẽ veſtrã [ in ſctificationẽ ] Ly

id eſt in gratiā in pñti [finem vero] ſcz vltimū [vitā eternā].i.in futuro gloriā eternam [ſtipendia eni peti] Uinc.i.premiationes que debent militib9 diaboli [mors eſt].ſ.culpe ⁊ cōſequēter eterne pene [grā aūt dei].i.premiuz ꝓ bono opere i grā dei factū [vita eterna in ieſu xpo dño noſtro].i.per xpm ieſum dñm noſtrū tanq̄ȝ mediatorē.

dei ſunt] ſeruiētes ei: nō timore ſeruili: ſed timore filiali [nō eni accepiſtis ſpiritū ſeruituris iterū in timore] ſicut in veteri lege que fuit lex timoris [ſed accepiſtis ſpiritum adoptiōis filioꝝ dei].i.ſpiritūſctm̄ datorē bonorū per quez fit adoptio filioꝝ dei qd ex bonitate ē ⁊ miſcdia dei [in quo clamam9 abba pater] Lyra. Abba pr duo ſunt noia idem ſignificantia vnū hebraicum alterū latinū: ad ſignificādū duplicem dei paternitatem. Una eſt cōmunis bonis ⁊ malis: q2 eſt pater creationis omniū hominū. Alia ſpecialis gratie adoptione: de qua hic dicit [ipſe eni ſpūs teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro] cum eni ſpiritus noſter per ſpiritūſanctū bonū agit: eſt ſignū diuine filiatiōis. Hoc autē ſigno quaſi q̄dā teſtimonio nos certificat [ꝙ ſum9 filij dei] Uin. non ꝑ naturā ſicut chriſtus: ſed ꝑ adoptionem per ſpiritūſanctum [ſi autē filij dei] Hor. ſumus [⁊ heredes [erimus [heredes quidē dei] cuius beatitudine fruimur [coheredes aūt chriſti] in quo ⁊ cum quo beati erimus.

finem vero vitā eternā. Stipendia eni peccati mors gratia autem dei vita eterna in chriſto ieſu dño noſtro.

Dñica.viij.ad Roma.viij.

Debitores ſumus nō carni vt ſm carnem viuam9. Si eni ſm carnem vixeritis: moriemini. Si aūt ſpū facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunq; eni ſpū dei agunt hi ſunt filij dei. Non eni accepiſtis ſpiritū ſeruitutis in timore: ſed accepiſtis ſpiritū adoptōis filiorum dei: in quo clamamus abba pater. Ipſe eni ſpūs teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij dei. Si autē filij et heredes. Heredes quidez dei coheredes autem chriſti.

Dñica.ix.j.Corinth.x.

Non ſimus cōcupiſcētes maloꝝ ſicut ⁊ illi ꝯcupie

Debitores ſumus nō carni ⁊c. Ante initiū illius epl'e ſcribit.s. Paulus dicēs: Qui eni ſm carnē ſunt que carnis ſunt ſapiūt: qui vero ſm ſpiritū ſunt que ſunt ſpūs ſentiūt: nam prudētia carnis mors eſt prudētia aūt ſpiritus vita ⁊ pax. Qm̄ ſapiētia carnis inimica eſt deo. Tūc ſequit preſens epl'a in qua apl's hortat nos ad mortificationem carnis et ad imitationē ſpūs vl' rōnis vt ſm ſpiritū viuamus ⁊ ad hoc adducit rōnes: ſcz ꝓpter debitū ⁊ propter future mercedis magnitudinē. Unde dicit [Fratres: debitores ſumus] ſcz ſpiritui ſctō: vel rationi ꝓprie [nō carni: vt ſm carnem viuamus] ſcz in voluptatib9 carnis [ſi eni ſm carnem] Hor.i.ſm carnis deſideria ⁊ voluptates [vixeritis] vita corporali [moriemini] morte ſpūali: ⁊ etiā eterna [ſi autez ſpiritu].i.ratione [facta].i.opera [carnis mortificaueritis] penitus ea abijciēdo et fugiendo [viuetis] vita ſpūali [hic in iuſticia ⁊ in futuro in gloria [quicūq; enim ſpiritu dei agūtur] Hor.i.regunt [hi filij

Non ſimus cōcupiſcentes maloꝝ ſicut ⁊ illi ⁊c. Pro intellectu illius epiſtole attendere oportet beneficia ꝓp'lo iudaico in deſerto exhibita a deo ſcz tranſitū per mare rubrum: defenſionez colūne: cibationē m̄ane: ⁊ ſic de alijs: que omnia deus miraculoſe eis exhibuit: ipſi autē de tantis beneficijs ingrati exiſtētes

cõcupierũt carnes comedere paruipendẽ
tes mãna. Item idolatriã cõmiſerũt:ado
rando vitulũ. Item fornicati ſũt cum ma
dianitis cõtra preceptũ dñi. Item contra
Moyſen ⁊ Aaron murmurauerunt:⁊ ſic

runt vna die vigintitria milia] Lyra.nec
eſt hoc cõtra illud quod dicit Nume.xv.
ꝙ ceciderũt vigintiquattuoꝛ milia:qꝛ mi/
noꝛ numerus concludit in maioꝛe:⁊ ideo
cõcludit quod veruꝫ eſt de maioꝛi:eſt etiã

de aliꝭ. Et iõ pla/
gas i hodierna epi
ſtola expreſſas in/
currerũt:monet er/
go nos ſanctꝰ Pau
lus i hodierna epi
ſtola ne talia facia/
mus: quia ſi ſimi/
les eis fuerimus ĩ
culpa: erimꝰ eis ſi/
miles in pena. Er/
go dicit: [Fratres:
Non ſimus concu
piſcentes maloꝝ]
quo ad effectuꝫ [ſi/
cut ⁊ illi cõcupiert]
de quibꝫ dicit Pſ.
lxxvij. Cõcupierũt
cõcupiſcentiã ⁊c. et
Nume.xi.dicit.vul
gus ꝓmiſcuum fla
gellauit ⁊c. q.d. nõ
peccemus ſicut ⁊ il
li [ neq; idolatre ef
ficiamini] Uincẽ.
honoꝛẽ ſoli deo de/

runt: neq; idolatre efficiamini:
ſicut quidam ex ipis: queadmo
dum ſcriptũ eſt. Sedit populus
manducare ⁊ bibere: ⁊ ſurrexe=
runt ludere. Neq; foꝛnicemur ſi
cut quidã ex ipſis foꝛnicati ſunt
et ceciderũt vna die vigintitria
milia. Neq; tentemus xp̄m ſicut
quidã eoꝝ tentauerũt ⁊ a ſerpẽ
tibꝰ perierũt: neq; murmuraue
ritis ſicut quidã murmurauerũt
et perierunt ab exterminatoꝛe.
Hec autẽ omnia in figura cõtin
gebant illis. Scripta ſunt auteꝫ
ad coꝛreptionẽ noſtraꝫ in quos
fines ſeculoꝝ deuenerũt. Itaq;
ꝗ ſe exiſtimat ſtare videat ne ca
dat. Tentatio vos nõ apprehen=

verum de minoꝛi:
[neq; tentemꝰ chri
ſtum] Goꝛra. diffi/
dendo de eius po/
tentia [ſicut quidã
eoꝝ tentauerũt]. ſ.
ipm̃ deuꝫ: dicentes
illud pſ. lxxvij. nũ/
quid poterit ⁊c. [et
a ſerpentibꝫ perie/
runt] qꝛ dñs iratuſ
miſit cõtra eos ſer
pentes ignitos: et
quecunq; momoꝛ/
derunt ſtatim mo/
riebat donec Moy
ſes ex iuſſu dñi ſer/
pentem eneum ere
xit: ad cuius aſpe/
ctum ſanabant. vt
habet Nume.xxi.
[neq; murmuraue
ritis] ſcꝫ cõtra deũ
vel platos eius [ſi/
cut quidam eorum
murmurauerunt]

bitum idolis et creaturis nullo modo ex/
hibeatis [ſicut quidã ex ipis] ſcꝫ ex filijs
iſrael fuerunt qui ſibi vitulũ cõflatilem fe
cerunt ⁊ ipm̃ ꝓ deo adoꝛauerũt. vt habet
Numeri.xxv. [queadmodũ ſcriptuꝫ eſt]
Exo.xxxij] Sedit pplꝰs mãducare] co/
ram idolo: ſcꝫ vitulo [⁊ ſurrexerũt ludere]
id eſt ludos facere: ſicut choꝛeas in vene/
ratione vituli. Notandũ ꝙ ſicut olim fue
rũt diuerſa idola inter infideles: ita ⁊ nũc
inter chriſtianos: qꝛ aliqui colũt diuitias:
aliqui honoꝛes: aliqui coꝛpoꝛis delitias:
aliqui pueros et vxoꝛes. Unde Auguſti.
hoc ab homine colit quod pre ceteris dili
gitur [neq; foꝛnicemur] Uinceñ. i. actum
luxurioſum extra ꝓpriam cõiugem nullo
modo perpetremus [ſicut quidã ex ipſis
foꝛnicati ſunt] Ly. ſcꝫ cum mulieribꝫ ma/
dianitis. vt habet Numeri.xxv. [⁊ cecide

contra Moyſen. Numeri.xvi. ⁊ Exo.xvi.
murmurauit omnis congregatio ⁊c. [et
perierũt ab exterminatoꝛe] ſcꝫ ab angelo
eos percutiente [hec autẽ omnia in figu/
ra cõtingebant illis] ſcꝫ ad deſignanduꝫ
ꝙ ſic vel grauius fiet nobis ſi fuerimus ſi
miles eis [ſcripta ſunt autẽ ad coꝛreptio/
nem noſtrã] Uinc. punitiones ⁊ pene in/
flicte iudeis in veteri teſta. ſunt ſcripte ad
noſtrã coꝛrectionẽ: vt viſis vel auditis il/
lis penis caueamus pctã cõſimilia: ne in
illas vel maioꝛes penas incidamus [in
quos fines ſeculoꝝ deuenerũt] Ly. id eſt
in nos qui ſumus iam in ſexta etate ſecu/
li que durat vſq; in finem mundi [ita qui
ſe exiſtimat ſtare] Uinceñ. i. opinat ſe eſſe
in gratia ſiue in charitate dei [videat] id
eſt caueat [ne cadat]. ſ. ab illa gratia per
pctm̃ moꝛtale [tentatio vos nõ apprehen/

dat niſi humana: fidelis autem deus eſt qui nō patiet vos tentari ſupra id qđ poteſtis. Sed faciet cum tentatiōe etiā ꝓuentū vt poſſitis ſuſtinere.

Dn̄ica decima. i. Corinth. xij.

Scitis qm̄ cum gentes eſſetis ad ſimulachra muta: ꝑut ducebamini euntes Ideo notū vobis facio ꝙ nemo in ſpū dei loquens dicit anathema ieſu. Et nemo pōt dicere dn̄s ieſus niſi in ſpūſcō. Diuiſiones gratiaꝝ ſūt: idem aūt ſpūs: Et diuiſiones miſtrationū ſunt idem autem dn̄s. Et diuiſiones operationū ſunt: idem vero de⁹

dat niſi humana] Vin. q. d. ſi tentatio cō ſurgit in vobis videatis ꝙ vos nō apprehendat per cōſenſum: q̄ ſi cōſenſum adhibueritis non eſt tentatio humana ſed diabolica. Unde Greg. in paſtorali. Humanum eſt ī corde tentationē perpeti: demoniacū vero ī tentationis certamine ſupari [fidelis autem deus eſt] Ly. in ꝓmiſſis implendis [qui non patiet vos tētari ſupra id qđ poteſtis] q̄ promiſit ⁊ adiutoriuꝫ in tentatiōib⁹ poſitis ſi fideliter recurrāt ad ipm̄ [ſed faciet cum tentatōe etiaꝫ ꝓuentū] vos adiuuando vt ipſa tentatio vobis ꝓueniat ad augmētū meriti per eius ſupationem [vt poſſitis ſuſtinere.] Uincē. ne cadatis in pctm̄ et in cōſenſuꝫ. Unde Augu. Diabolus pleruncꝫ vult nocere ⁊ nō poteſt: q̄ poteſtas eius eſt ſub poteſtate dei. Nam ſi tātum poſſet nocere diabolus q̄ntum vellet aliquis iuſtoꝝ nō remaneret.

Scitis qm̄ cum gentes eſſetis ⁊c. Ante initiuꝫ illius ep̄le ſcribit. s. Pau. dicēs: Q ſi noſmetipſos diiudicarem⁹ non vticꝫ iudicaremur. Dum aūt iudicamur a dn̄o corripimur vt nō cū hoc mūdo dānemur. Tūc ſequit ep̄la hodierna: in qua ap̄l's loquit de donis ſpirituſſancti: oſtēdens ꝙ omniū donoꝝ auctor eſt ſpūſſanctus ⁊ nullus poteſt facere aliqđ bonū meritoriuꝫ ſaltem vite eterne niſi in ſpūſancto. Et hoc ap̄l's oſtendit experimēto vite preterite: dicens [Scitis qm̄ cum gētes eſſetis]. Ly. ſcꝫ gentiliter viuentes abſcꝫ dei gratia ante cōuerſionē ad fidem [ad ſimulachra muta eūtes] ea adorāda. Colebant eni gentes idola mar

tis: mercurij: ⁊ ſic de alijs: ⁊ dicebant muta: q̄ per ſe vel ex ſe nō habebant aptitudinem loquendi q̄uis diabolus per ea quādocꝫ dederit reſponſa [ꝑut ducebamini] ſcꝫ a maligno ſpū ſicut equus ⁊ mulus quibus non eſt intellectus [ideo notū vobis facio ꝙ nemo ī ſpū dei loquens] Lyra gratia dei vtens [dicit anathema ieſu]. i. blaſphemiam aliquā de ieſu dn̄o nr̄o [⁊ nemo pt̄ dicere dn̄s ih̄s] cōfitendo ipm̄ ſuū dn̄m ⁊ ſaluatorē. ſ. ꝙ ipſe ſit veraciter dn̄s ⁊ ip̄e ſeru⁹ ei⁹ [niſi in ſpūſctō] id eſt per ſpiritūſanctum a quo eſt omne verū. Un̄ Ambroſius. Omne verum a quocūcꝫ dicatur a ſpirituſancto eſt [diuiſiones vero gratiarū ſūt] ¶ Nota ꝙ gratias hic appellat diuerſos grad⁹ ⁊ ordines q̄ ſunt in eccl'ia [idē autē ſpūs] ſcꝫ ſanctus eſt diſtributor graduū ⁊ ordinū ⁊ officioꝝ [⁊ diuiſiōes miniſtrationum ſunt] i. diuerſi effectus gratie quibus alij ſeruiūt alijs: ⁊ ſic ordinant in ꝑrimū hoc exemplū dedit nobis chriſtus Unde Math. xx. Filius hominis nō ⁊c. Item. i. Petri. iiij. Unuſquiſcꝫ ſicut accepit ⁊c [idē aūt dn̄s]. i. xp̄s filius dei dans ſingulis ꝓ volūtate ſua [⁊ diuiſiones operationū ſunt]. i. diuerſi actus gratie q̄tū ad ſe: per quam gratiā facit opera meritoria quedam maiora quedā minora opera [idem vero deus] ſcꝫ pater. Et notandū: ꝙ ap̄l's ponit hic tria nomina vt intelligatur ꝙ totius trinitatis ſunt dona gratiarū: quo ad perſonā ſpirituſſancti dicit: [idem autē ſpiritus] quo ad perſonā filij [idem autē dn̄s] quo ad perſonā patris dicit [idem autē deus] ſed ne videret di

qui operatᷣ omnia in omnibus. Unicuiq; autē datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritū datur ſermo ſapientie. Alij autē ſermo ſcientie ſm eundē ſpiritū. Alteri autem fides in eodem ſpiritu. Alij gratia ſanitatū in vno ſpū. Alij operatio virtutū. Alij ꝓphetia Alij diſcretio ſpirituū. Alij genera linguaꝝ. Alij interpretatō ſermonū. Hec aūt omnia opatᷣ vnus atq; idem ſpiritus diuidēs ſingulis ꝓut vult.

Pn̄ica vndecima.i.Cori.xv.

Notū vobis facio euāgelium qd̄ predicaui vobis qd̄ ⁊ accepiſtis in quo ⁊ ſtatis per qd̄ ⁊ ſaluamini: qua ratione p̄dicauerim vobis ſi tenetis: niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enī vobis in primis qd̄ ⁊ accepi qm̄ chriſtus mortuus eſt ꝓ peccatis noſtris ſm ſcripturas:

ſtinctio ſubſtantie ⁊ operatōis ſubiungit idemptitatē ſubſtantie ⁊ operatōis trium perſonaꝝ [qui] ſcȝ deus pater: deus filius deus ſpiritusſanctus: vnus exiſtens deus [operatᷣ oīa] ſcȝ neceſſaria ſaluti [in omnibus] nō oīa in ſingulis: qꝛ vni nō tribuit omnia: ſed in omnibꝫ oīa: vt qd̄ quis in ſe nō habet habeat in alio: ſicut ī humano corpore oculus ſolꝰ videt: ſed nō ſibi ſoli: ſed toti corpori: vt ſic mãeat charitas et humilitas. Unde Eſa.xxvi. Omnia opera noſtra operatus es nobis: [vnicuiq; autē] ſcȝ fideliū [datur manifeſtatio ſpiritꝰ] id eſt gr̄a que manifeſtat ſpiritū ineſſe [ad vtilitatē] ſcȝ eccleſie. [Alij quidem per ſpiritum] ſcȝ ſanctū [datᷣ ſermo ſapientie]. ſ. loquendi de contemplatione celeſtium [Alij autē ſermo ſcientie] ſcȝ loquendi de actiōe temporalium [ſm eundē ſpiritum: Alteri fides]. i. cōſtantia vᷣ ſermo fidei [in eodem ſpiritu. Alij gratia ſanitatū] ſcȝ curandi infirmos [in vno ſpū. Alij operatio virtutū]. i. miraculoꝝ que ſūt ſupra naturam [Alij ꝓphetia]. ſ. p̄dicere futura [Alij diſcretio ſpirituū] Gor. i. gratia diſcernēdi quo ſpū dicūtᷣ. i. bono vel malo: qꝛ etiā diabolꝰ bona ſeductorie dicit [Alij genera linguaꝝ]. i. loq̄ diuerſis linguis [Alij interpretatio ſermonū]. i. interp̄tatio obſcuritatū ſcripture que ſunt in ꝓphetis et euangelijs ⁊ in ep̄lis. [Hec aūt omnia] licet diuerſa ſint [operatur vnus atq; idem ſpūs diuidens ſingulis ꝓut vult]. i. gratis: ⁊ ſicut cuiq; ſcit expedire.

Notum vobis facio euangeliū ⁊c. Ante initiū illius ep̄le ſcribit ſanctus Paulus dicens. Si q̄s ignorat ignorabitᷣ: omnia autē honeſte et ſm ordinē fiant in vobis. Tūc ſtatim ſequitᷣ preſens epiſtola in qua ap̄lus cōmēdat nobis doctrinā euangelicā per quā ꝑuenitᷣ ad gloriā reſurrectōis di. [Frēs]. i. O corinthij: qui eſtꝭ fratres ī xp̄o ſicut omnes in xp̄o per fidē geniti [notū vobis facio] Ly. i. ad memoriā reduco [euāgeliū]. i. doctrinā euāgelicā [qd̄ p̄dicaui]. i. denūciaui: [vobis qd̄ ⁊ accepiſtꝭ] Un. corde credendo ⁊ ore cōfitēdo [in quo ⁊ ſtatꝭ] id eſt permanere et ſtare debetis [per quod ⁊ ſaluamini] iam in ſpe et tandē in re] qua ratione predicauerim vobis] Gorra. ſcȝ per chriſti reſurrectionem [niſi fruſtra crediḋiſtis] id eſt ſine aliqua vtilitate: quia fides ſine operibus mortua eſt [tradidi enī vobis in primis] Lyra: id eſt inter principalia credenda: qꝛ articuli fidei ſunt principia ex quibus alia credenda deducūtᷣ [quod ⁊ accepi] ꝑ reuelationē a ſpūſancto [qm̄ chriſtꝰ mortuus eſt ꝓ peccatis noſtris] Ly. non ſuis. vt pȝ Eſa. liij. Propter ſcelus ⁊c. Item in eodem cap̄lo. Ip̄e autem vulneratus ⁊c. [ſm ſcripturas] ſcilicet ipſoꝝ ꝓphetaꝝ

qui paſſionē xp̄i predixerunt. Unde Hie
re.xi. Ego quaſi agnus ꝛc̄. Item Eſa.liij.
Sicut ouis ad occi.ꝛc̄. [ꝛ qꝛ ſepult⁹ eſt]
Lx.vt veritas mortis eius ꝓbaret [ꝛ qꝛ re
ſurrexit tertia die ſꝫm ſcripturas] Unde
Oſee.vi. Uiuifica
bit nos ꝛc̄. [ꝛ qꝛ vi
ſus eſt [Lx.poſt re
ſurrectionē ſuā [ce
phe] .i.petro [ꝛ p⁹
hoc vndecim] ſcilꝫ
apl'is: que appari
tio facta fuit p⁹ di
es octo ſue reſurre
ctionis p̄ñte Tho
ma. Jo.xx. [deinde
viſus eſt pl⁹ q̄ꝫ qn
gentis fratrib⁹ ſi'l]
et illa apparitio fa
cta fuit i galilea: in
qua apparuit apl'iſ
ꝛ multis alijs xp̄iſi
delib⁹ [ex q̄b⁹ mul
ti manent vſqꝫ ad
huc] viuentes in il
lo tp̄e. Hoꝛ.q̄ teſteſ
ſūt hui⁹ ſi ab eis re
quirat' [quidā aūt
doꝛmierūt] .ſ.moꝛ
te coꝛpoꝛali: que dr̄
doꝛmitio: qꝛ erit in
ſpe reſurrectōis fu
ture [deinde viſus
ē iacobo] .ſ.alphei
qui dict⁹ eſt frater
dñi: ꝛ qꝛ fuit ep̄s hieroſolymitan⁹: q̄ etiāꝫ
ſicut dicit Haymo vouerat ſe nō mādu ca
turū q̄uſqꝫ dñm poſt reſurrectionē vidiſſꝫ
ideo xp̄s ei apparuit: tñ h̄ nō legit' in euāg
[deinde apl'is oīb⁹] .ſ. viſus eſt: ꝛ hoc fa
ctū eſt in die aſcēſionis: vt pꝫ Mat.vlti.
[Nouiſſime aūt omniū] .i.poſt aſcēſionē
xp̄i in celū [tanq̄ꝫ abortiuo viſus eſt ꝛ mi
hi] .ſ.in via qñ iuit Damaſcū. vt pꝫ Act.
ix. Lx. vocat aūt ſe abortiuū: qꝛ abortiuus
dicit' fetus q̄ naſcit' extra tp̄s debitū: vel q̄
cum violentia ducit' de vtero: ſic apl'us: qꝛ
alij renati fuerūt ante aduentū ſp̄ūſſancti
ipſe aūt poſt. Item alij cōuerſi fuerūt ſp̄ō
te: ipſe quaſi violenter in actu ꝑſecutionis

ꝛ qꝛ ſepultus eſt: ꝛ qꝛ reſurrexit
tertia die ſꝫm ſcripturas: ꝛ qꝛ vi-
ſus eſt cephe: ꝛ poſt hec vndeci.
Deinde viſus eſt pluſq̄ꝫ quingē
tis fratrib⁹ ſimul ex quib⁹ multi
manent vſqꝫ adhuc: quidā autē
doꝛmierūt. Deinde viſus eſt ia-
cobo. Deinde apl'is oībus. No-
uiſſime aūt omniū tanq̄ꝫ aboꝛti-
uo viſus eſt ꝛ mihi. Ego enī ſum
minimus apl'oꝝ: qui nō ſum di-
gnus vocari apl'us: qm̄ perſecu
tus ſuꝫ eccleſiā dei. Gr̄a aūt dei
ſum id qđ ſum. Et gratia eius in
me vacua nō fuit.

Dñica.xij.ij.Coꝛinth.iij.

Fiduciā talem habemus
per chriſtū ad deum nō
q̄ ſufficientes ſimus co-
gitare aliquid a nobis quaſi ex
nobis: ſed ſufficientia noſtra ex

fidei [Ego enī ſum minim⁹ apl'oꝝ] qꝛ vl
timus tp̄e [qui nō ſuꝫ dignus vocari apo
ſtolus] .ſ.ſi mea precedētia merita atten
dant' [qm̄ ꝑſecutus ſum eccleſiā dei] Lx.
qđ alij nō fecerūt: ꝛ in hoc minoꝛ fuit alijs
apl'is: lꝫ ex gr̄a dei
factus fuerit valde
magnus [gr̄a autē
dei ſum id qđ ſuꝫ]
ſcꝫ apl's xp̄i: qꝛ ſine
gratia dei homo ni
hil eſt [ꝛ gr̄a eius i
me vacua nō fuit]
id eſt carens bonis
operib⁹. Sequit' in
tex. poſt ep̄l'am illā
[ſed oīb⁹ illis abū
dantius laboꝛaui]
nullus enīꝫ apl'oꝝ
legit' in tot terris ꝛ
ꝓuincijs predicaſſe
nec tot tribulatōes
in terra et mari ſu
ſtinuiſſe.

Fiduciā ta
lem ha.ꝛc̄.
Ante initi
um illius ep̄l'e ſcri
bit.ſ.Pau.di. Xp̄i
bonus odoꝛ ſumuſ
deo i his q̄ ſalui fi
unt: ꝛ in his q̄ pere
unt: ꝛ alijs quideꝫ
odoꝛ moꝛtis i moꝛ
tem: alijs aūt odoꝛ
vite in vitā. Tunc ſequit' p̄ñs ep̄l'a: in qua
apl's oſtendit cōfidendū eſſe in deo: ꝛ hoc
ꝓpter noſtrū defectū ꝛ diuinū eius adiuto
rium: qđ ſpecialiter modo tp̄e gr̄e de⁹ pa
ratus eſt nob̄ ipendere. vñ dicit [Fiduciā
talē habem⁹ ad deū] .ſ.q̄ eſt vnus in ſb̄a ꝛ
trinus in ꝑſonis [ꝑ xp̄m] i.ex merito paſ
ſionis xp̄i: ꝛ ꝑ gr̄am xp̄i poſſumus ſaluari
[nō q̄ ſufficiētes ſimus cogitare aliq̄d]
ſup.boni [a nobis quaſi ex nob̄] q̄ꝫuis enī
omne bonū qđ agimus ſit a nobis: vt cau
ſa ſecūdaria: nō tñ ex nobis vt cauſa p̄ma
ria: deus enī eſt q̄ operat' in nobis velle et
perficere [ſed ſufficientia noſtra] Hoꝛ.id
eſt cogitādi, volendi faciendi bonum [ex

deo eſt. Qui ⁊ idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti nō litera ſed ſpiritu. Littera enī occidit: ſpiritus aūt viuificat. Quia ſi miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt nō poſſent ītendere filij iſrael in faciem moyſi ꝓpter gloriā vultus eius que euacuatˀ quō nō magis miniſtratio ſpūs erit ī glīa? Nā ſi miſtratio dānatiōis in glīa eſt: mltomagis abūdat miniſteriū iuſticie in gloria.

Dominica. xiij. Galath. iij.

Abrae dicte ſunt ꝓmiſſiones ⁊ ſemini eius. Nō dicit et ſeminibꝰ: quaſi in multis ſed quaſi in vno ⁊ ſemini tuo qui eſt xp̄s. Hoc autez dico teſtamentū cōfirmatum a deo:

deo eſt] vt ptꝫ Joh. xv. Sine me nihil poteſtis facere [qui ⁊ idoneos nos fecit miniſtros] ſcꝫ vita ⁊ ſcientia [noui teſtamenti] .i. euangelij [nō littera] .i. non exiſtentis in littera tm̄ ſicut lex Moyſi: qꝛ euangelij parabolas nō ſemper ad litteraz intelligimꝰ [ſed ſpiritu] id eſt ad ſenſum ſpūalem [Littera eni occidit] qꝛ teſtamentuz vetus cognitionē peccati dabat non tm̄ gratiam [ſpiritus autem] .i. ſpiritus ſanctus qui datˀ in ſacramentis noui teſtamēti [viuificat] id ē viuere facit [q ſi miniſtratio mortis] .i. legꝫ moſaice mortē tēpalem inferentis trāſgreſſoribus [litteris deformata in lapidibꝰ] id eſt ſcripta in tabulis lapideis [fuit in gloria] .i. reuerētia [ita vt nō poſſent intendere filij iſrael in faciē moyſi.] ¶ Nota q Exo. xxxiij. dicitˀ: q ex colloquio dei in mōte ſynai facies moyſi fuit facta quaſi cornuta nō q fuiſſet realia cornua: ſed quaſi quidā radij ꝓcedentes ſurſum angulariter in figura cornuū. Et dicitur ibidem q filij iſrael nō potuerūt intendere in faciem eius: ⁊ cum deberet eis loqui: oportebat q velamen apponebat ante faciem eiꝰ] : ⁊ hoc ꝓpter gloriā] .i. claritatē [vultus eius que euacuatˀ] qꝛ illa gloria in moyſe nō diu permanſit ſed tranſiuit [quō nō magis miniſtratio ſpiritus] id eſt noui teſtamenti [erit in gloria] ſup. eterna [nam ſi miniſtratio dānatiōis] id eſt veteris legis que ideo dicitˀ miniſtratio dānationis: eo q nō poterat ab ea ſaluari [in gloria eſt: multomagꝫ miniſteriū iuſticie] id eſt legis euāgelice] abūdat in gloria] id eſt perducit ad gloriā.

Abrae dicte ſunt promiſſiones. ⁊c. Ante initiū illius epl'e ſcribit ſanctus Pau. di. Scriptum eſt. Gen. xv. Credidit abraam deo ⁊ reputatū eſt ei ad iuſticiam. Tunc ſequitur preſens epl'a Abrae dicte ſunt ꝓmiſſiōes. ⁊c. Ubi notanduz q galathe gentiles fuerunt greci ⁊ per apl'm Paulū ad fidem chriſti cōuerſi ſunt: ⁊ recedēte ab eis apoſtolo ꝑ pſeudo apl'os fuerūt ſeducti ⁊ decepti: ita q ad obſeruationē legaliū veterꝫ teſtamenti verterentur: quaſi per fidē chriſti abſq legaliū obſeruatōe ſaluari nō poſſent: qḋ falſum eſt: quos apl'us ad veram fidem reuocat in epl'a hodierna dicēs. [Fratres abrae dicte ſunt] ſupple a deo] ꝓmiſſiones] eterne [⁊ ſemini eius] ſcꝫ chriſto: qꝛ per eum ꝓmittebatˀ danda benedictio. vt patet Gen. xxij. In ſemine tuo benedicentˀ omnes gentes [non dicit ⁊ ſeminibꝰ quaſi in multis: ſed quaſi in vno: ⁊ ſemini tuo qui eſt chriſtꝰ] Uincen. Illa ꝓmiſſio abrae impleta fuit quando chriſtus ex maria virgine natus fuit: ⁊ poſt chriſti aduentū ceſſauit lex ī cerimonijs ⁊ figuris [Hoc autē dico teſtamentum cōfirmatū a deo] id eſt ꝓmiſſiones ille per modū teſtamenti ſunt confirmate a deo cum iuramento diuino: vt ptꝫ Gen. xxij. Per meipm iuraui dicit dn̄s ⁊c. Uincen. teſtamentū dicitˀ ſcriptura autētica volūtate teſtatoris ⁊ teſtium roborata: ⁊ qꝛ ꝓmiſſio illa fuit iuramento dei fir

mata: ideo bene dicit᷑ teſtamentū [qꝛ poſt quadringētos et triginta annos facta eſt lex] ideo ſic littera cōſtruēda eſt. Lex que poſt quadringētos ⁊ triginta ānos facta eſt: id eſt data in monte ſynai a ꝓmiſſione abrae ipſi moyſi: et per tantū tp̄us fue runt filij iſrl̄ in egy pto: vt habet᷑. Exo. xij. Illis ānis exple tis eadē die regreſ/ ſus eſt omnis exer citus. Computant᷑ autem hi anni a ꝓ/ miſſione prima fa/ cta Abrae vſq₃ ad datione legis [non irritū facit ad eua/ cuādā ꝓmiſſionē] Ly. id eſt nō euacu at ꝓmiſſionē abrae factā quaſi irritā: qḋ tñ faceret ſi da/ ret᷑ hereditas ⁊ bñ/ dictio ex lege [nā ſi ex lege heredi/ tas] id eſt beatitu/ do eterna [iā nō eſſet [ex ꝓmiſſiōe] et ita euacuaret᷑ et fruſtraretur ꝓmiſ/ ſio fc̄tā abrae: ꝙ au tem hoc non eſt hoc ꝓbat dī. [Abrae autē per repromiſſionē donauit deus] ſup. bea titudinē ⁊ gloriā ⁊ benedictionē: nō ꝓpter legem ſed ꝓpter ꝓmiſſionē: hoc eſt ꝓpter fi dem chriſti ſepe ꝓmiſſi: qꝛ abraam hoc cre didit qḋ deus ſibi ꝓmiſit: ⁊ ſic pꝫ ꝙ oīs antiqui q̄ iuſtificati ſunt ex ipa fide chri/ ſti iuſtificati ſunt: ⁊ nō ꝓpter opera legis. Nam ipi crediderūt hoc futurū qḋ nunc credimus preteritū: ⁊ ideo iuſtificati ſunt ⁊ nō ꝓpter legem: qꝛ abraā iuſtificatus eſt ⁊ legem tñ non habuit: qꝛ multo tp̄e ante legē vixit. Unde Bern̄. dicit. Multi an/ te ſaluatoris aduentū deū omnipotentē timentes ⁊ diligentes ſue ſalutis gratiſſi/ mum ꝓmiſſorē credentes in ꝓmiſſione fi delem ſperātes certiſſimū redemptorē in hac fide ⁊ expectatōe ſaluati ſunt. Unde

quia poſt quadringētos ⁊ trigin ta annos facta eſt lex: nō irritū facit ad euacuādā ꝓmiſſionem. Nam ſi ex lege hereditas: iam nō ex ꝓmiſſione. Abrae autem per repromiſſionē donauit de⁹. Quid igit᷑: lex ꝓpter trāſgreſſio nem poſita eſt donec veniret ſe men cui ꝓmiſerat ordinata ꝑ an gelos in manu mediatoris. Me diator autē vnius non eſt: deus autē vnus eſt. Lex ergo aduer ſus ꝓmiſſa dei? abſit. Si eni da ta eſſet lex q̄ poſſet viuificare ve re ex lege eēt iuſticia. Sꝫ cōclu ſit ſcp̄tura oīa ſub pctō: vt ꝓmiſ ſio ex fide ieſu xp̄i daret᷑ creden tibus. Dñica. xiiij. ad Gal. v.

Aug. Nemo liberat᷑ a dānatiōe que facta eſt ꝑ Adam: niſi ꝑ fidē dñi noſtri ieſu xp̄i [q̄d igit᷑ lex] Ly. i. ad q̄d fuit vtilis. q. d. qꝛ ergo lex nō iuſtificauit ſed ſola fides: qua re ergo poſita eſt ⁊ data. Ad hoc reſpōdet᷑ ꝙ tñ non inutiliter data eſt: ſed [ꝓpter tranſgreſſionem po ſita eſt]. i. ꝓpter pu nitōes pctōꝝ: qꝛ in lege determinatur graues pene: deter/ minatis vitijs: qua rum terrore cohibe bant᷑ hoīes a pecca tis [donec veniret ſemen]. i. chriſtus: [cui]. i. de quo [ꝓ/ miſerat] vt pꝫ Ge neſ. xxij. In ſemīe tuo benedicent᷑ om nes gētes [ordina/ ta per āgelos]: id ē miniſterio angelo/ rum. Ly. lex eni nō fuit data imediate a deo ſed per ange/ lū: q̄ loquebat᷑ moy ſi in mōte ſynai [in manu mediatoꝛ] id eſt in ptāte chri/ ſti: vt. ſ. duraret q̄/ tum vellet: qꝛ venit in mundū qñ ſibi pla/ cuit nō ſtatim poſt hoīs caſum [mediator aūt vni⁹ nō eſt] ſꝫ duoꝝ extremoꝝ que cō/ iungit [deus aūt vn⁹ eſt]. ſ. xp̄s: q̄ eſt vnus cū pr̄e ⁊ ſpūſctō: ⁊ h̄ eſt ſm̄ diuinā naturā Et eſt etiā mediator dei ⁊ hoīū: recōcili/ ans hoīes deo ⁊ patri: ⁊ hoc ſm̄ humanā naturā [lex ḡ aduerſus ꝓmiſſa dī. Abſit] Ñn. q. d. nullo modo lex fuit ꝯtra ꝓmiſſa dei: q̄uis ꝓmiſſio fuit ꝑfectior q̄ lex [Si eni data eſſet lex que poſſet viuificare]. i. vitā eternā cōferre [vere ex lege eſſet iuſti/ cia] ⁊ non ex ꝓmiſſione abrae [ſed ꝯcluſit ſcriptura]. i. lex moyſi q̄ eſt lex ſcp̄ta [oīa ſub pctō] Ly. inq̄tū oñdebat pctm̄: nec tñ mūdabat [vt ꝓmiſſio eterne beatitudis ex fide ieſu xp̄i daret᷑ credētib᷒.] Ly. fide formata: que facit tendere in deū.

Spiritu ambulate ⁊ deſi=
deria carnis nō perficie=
tis. Caro enī cōcupiſcit
aduerſus ſpiritū: ſpūs autē ad=
uerſus carnē Hec enī ſibiinuicē
aduerſank vt nō quecū ꝙ vultis
illa faciatis: ꝙ ſi ſpū ducemini:
nō eſtis ſub lege Manifeſta aūt
ſunt opa carnis que ſūt fornica
tio: inmū dicia: impudicicia: luxu
ria: idoloꝝ ſeruitꝰ: veneficia: ini
micicie: cōtentōes: emulatiōes:
ire: rixe: diſſenſiones: ſecte: inui=
die: homicidia: ebrietateſ: come
ſationes: ⁊ his ſiřia. Que predi=
co vobis ſicut predixi: qm̄ ꝗ ta=
lia agunt regnū dei nō cōſequē
tur. Fructus aūt ſpūs eſt chari=
tas: gaudiū: pax: patientia: lon=
ganimitas: bonitas: benignitas

Spiritu ambulate ⁊c̄. Ante initiū
illius epl'e ſcribit. s. Pau. di. Ois
lex invno ſermone iplek: Diliges
primū tuū ſicut teipm̄. Tunc ſequik pn̄s
epl'a. Ubi nota ꝙ epl'a ⁊ euāg. in hoc cō/
cordāt: q2 ſicut euā
geliū dicit de decē
leproſis qui ſunt a
chriſto mūdati: ſic
epl'a enumerat ope
ra carnis que leprā
ſpūalem que horri
bilior eſt lepra cor/
porali iducūt. Hor
tak aūt nos apl's in
hac epiſtola vt cau
te ambulemus di.
[Spū ambulate]
Uinc. i. ſm̄ ſpm̄ di
uinū opera veſtra
facite [et deſideria
carnis]. i. delectati
ones ⁊ cōcupiſcen/
tias que caro ſug/
gerit [nō pficietꝭ]
id eſt opere nō im/
plebitꝭ [caro enī cō
cupiſcit aduerſꝰ ſpi
ritū] Ly. i. ſenſuali
tas cōtra rōnē [ſpi/
ritus aūt] ſup. ecō/
uerſo [aduerſꝰ car/
nem. Hec enī ſibi/
inuicē aduerſank]
ſc3 caro ⁊ ſpūs. Caro enī natōe terreſtris
ſpūs autē celeſtia: ⁊ dum vnūqdꝗ ad pa
triam ſuā tendit fit pugna vehemens: in/
tantū [vt non quecūꝗ vultis] ſm̄ rōnem
[illa faciatis] impediti motu ſenſualita/
tis [ꝙ ſi ſpū ducemini] Ly. ſequentes in/
ſtinctū ſpūſſancti [nō eſtis ſub lege] Gor.
que mala agentibꝫ poſita eſt vt punianꝭ p
exceſſibꝫ ſuis [manifeſta aūt ſunt opa car
nis] q2 ſunt ſenſibilia [que ſunt fornica/
tio] Ly. ꝗtum ad cōcubitū ſoluti cum ſo
luta [imūdicia] Gor. i. pctm̄ cōtra naturā
qđ eſt innoiabile [impudicicia] hoc eſt in
geſtibꝫ vel actibꝫ vel oſculis vel alijs circū
ſtantijs illicitis [luxuria] eſt nomen gene
rale ad vitiū illud [idoloꝝ ſeruitus] Ly.
vt p3 de Salomone. iij. Reg. xi. qui ex ar
dore libidinis cum mulieribꝫ alienigenis
motus fuit ad ſequendū deos eaꝝ [vene/
ficia] Ly. i. ſortilegia: que rōne libidīs ſo/
lent fieri [inimicicie] Ly. latentes animo
[cōtentōes] in ver
bis clamoroſis [e/
mulatōes] in factiſ
[ire rixe] in affectu
nocendi: vt qn̄ ſein
uicē pcutiūt vel le/
dunt [diſſenſiōes]
id eſt qn̄ fieri ptes
incipiūt ⁊ ſciſmata
[ſecte] id ē hereſes
[inuidie] i animo
[homicidia] in fa/
cto [ebetates] Hor
ra. i. aſſidue potatō
nes quo ad ſupfluí
tatē in potu [come
ſatōeſ] ſupflue quo
ad cibū [⁊ his ſimi
lia] ad que caro eſt
pna: ſicut veſtimen
toꝝ ⁊ lectoꝝ: ⁊ mol
liciеſ balneoꝝ: ⁊ ſic
de alijs [que predi
co vobis]. ſ. anteꝗ̄
veniat dies iudicij:
q2 tunc penitere nō
poteritis [ſicut pre
dixi] vobis añ hāc
eplam [qm̄ qui ta/
lia agunt]. i. aliqđ hoꝝ [regnū dei nō ꝯſe
quenk] Uin. ex hōc ſequik ꝙ illa pctā iam
enumerata in littera ſūt pctā mortalia: q2
nihil ſeparat a deo niſi mortale peccatū.
Poſt hoc deſcribit vitam ſpūalem dicēs:
[fructus autē ſpūs]. i. opa ſpūſſancti [eſt
charitas] ſine qua ea que ſequunk non va
lent: ideo pponik [gaudiū]. i. puritas con
ſcientie ⁊ exultatio mētis: ⁊ hec eſt digna
leticia [pax] i. cōcordia quo ad ꝓximū q
ſe non inquietant et turbant [patientia]
ſcilicet in tolerantia aduerſitatum [lon/
ganimitas] ſcilicet in expectatione pre/
miorū [bonitas] id ē dulcedo animi inte
rius [benignitas] id ē largitas rerū oſtē
dens bonitatē animi Job extra per opera

[mãſuetudo ]qð ẽ tractabil' ⁊ ↄuerſatiuꝰ
cum alijs [fides ].i. certitudo de inuiſibili/
bus vt credat omnia credenda ⁊ nõ alia:
[modeſtia ]vt homo ſeruet modũ in dictꝫ
in factꝫ ⁊ in oibꝫ agẽdis [ cõtinẽtia ]vt hõ
tiam aliqñ a licito
ſe abſtineat ꝓpt de/
um[ caſtitas ]vt re
cte vtatur licitis vt
vxore ⁊ hmõi [ ad/
uerſus hmõi ].ſ.o/
pera[ nõ eſt lex ] qꝛ
iuſto nõ eſt lex poſi
ta: ſed malis impo
ſita eſt lex vt iniqui
tas eorũ per penas
legꝫ puniat̃: ſed bo/
nis ipoſita eſt crux
xpi: ergo dicit [ qui
aũt ſũt xpi ].i. chri/
ſti boni imitatores
[ carnẽ ſuã crucifi/
xerũt ].i. xpo cruci/
fixo ſe cõformauert
affligẽdo[ carnẽ ſu
am cũ vitijs ⁊ ↄcu/
piſcẽtijs ] Ly. ita qꝛ
cõcupiſcẽtie ⁊ vitia
mortua ſunt i eis.

SI ſpũ viui/
mus ſpũ ⁊c.
Ante initi/
um illius ep̃le ſcri/
bit. s. Pau. dicens.
Qui ſunt xpi car/
nem ſuã crucifixe/
runt cum vitijs ⁊ cõcupiſcẽtijs. Tunc ſta
tim ſequit̃ ep̃la preſens: que cum euange
lio hodierno cõcordari poteſt hoc modo.
In euãg. dicit̃. Nemo põt duobꝫ dñis ſer/
uire. Duo dñi ſũt: caro ⁊ ſpũs. In ep̃la ve
ro dicit̃ qualiter ſpũ ſit ambulandũ et nõ
ſm carnẽ. Item in euang. ꝓhibet̃ ſolicitu/
do vite pñtis: in ep̃la hortat̃ ad opa ſpũs
viuificãtis. Unde ap̃ls dicit. [ Fratres: ſi
ſpũ viuimus ].i. ꝑ ſpiritũſanctũ [ ſpũ ⁊ am
bulemus ] ſequẽdo inſtinctũ ſpũſſancti in
operibꝫ nr̃is vel dictamen recte rõnis. Et
qꝛ bonũ opus ꝑut frequẽter eſt occaſio va
ne glorie: id eo ſubdit [ nõ efficiamur ina/

mansuetudo: fides modeſtia: cõ
tinentia: caſtitas: aduerſus hu=
iuſmodi nõ eſt lex. Qui aũt ſunt
chriſti carnem ſuã crucifixerunt
cum vitijs ⁊ cõcupiſcentijs.

Dñica. xv. Galath. vj.

SI ſpiritu viuimus: ſpiri=
tu ⁊ ambulemꝰ. Non ef=
ficiamur inanis glie cu=
pidi inuicem ꝓuocãtes: inuicem
inuidẽtes. Fratres: ⁊ ſi preoccu
patus fuerit homo in aliquo de
licto vos qui ſpiritales eſtis hu
iuſmodi inſtruite in ſpiritu leni
tatis: conſiderans teipm̃ ne ⁊ tu
tenteris. Alter alteriꝰ onera por
tate: ⁊ ſic adimplebitis legẽ chri
ſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe ali
quid eſſe cum nihil ſit ipſe ſe ſe=
ducit. Opus aũt ſuũ ꝓbet vnuſ
quiſqꝫ: et ſic in ſemetipo tm̃ glo
riam habebit et non in altero.

nis glorie cupidi inuicẽ ꝓuocantes ] Ly.
verbis iniurioſis [ inuicem inuidẽtes ] de
bonis ꝓximoꝝ dolentes. Poſt hoc ap̃lus
inducit nos ad mutuaꝫ ſupportationẽ di.
[ Fres: ⁊ ſi ꝓoccupatus fuerit homo ]. Ly
ra. ꝑ aliquã paſſio/
nem inſurgentẽ: vl'
per aliquã ignorã/
tiam [ in aliquo de
licto ] Ubi ſciẽduꝫ
qꝫ pctm̃ eſt ꝑpetra/
tio mali: ⁊ delictuꝫ
deſertio boni [ vos
qui ſpiritales eſtꝫ ]
id eſt ꝑfectiores in
vita ⁊ ſcientia [ hu/
iuſmodi inſtruite ]
id eſt ad bonum re
ducite [ in ſpũ leni/
tatis ].i. rationabi/
liter ⁊ leniter nõ in
impetu furoris [ cõ
ſiderans teipm̃ ] id
eſt fragilitatẽ ꝓpri/
am [ ne ⁊ tu tempte
ris ].i. in ſimile pec
catuꝫ cadere ꝑmit
taris: ſicut petrus
cadere ꝑmiſſus eſt
vt ſciret cõpati ca/
ſibꝫ ſubditoꝝ [ Al/
ter alterius onera
portate ].i. infirmi
tates mutuas ⁊ la
bores: ſubueniẽdo
mutuo [ ⁊ ſic adim
plebitis legem xpi ] que eſt lex charitatis
Hor. Lex enim moyſi fuit lex terroris: lex
xpi lex amoris. Uñ Aug. Breuis differẽ
tia legis ⁊ euãgelij timor ⁊ amor: [ Nam ⁊
ſi qs exiſtimat ſe aliqd eẽ ].i. magnũ quid
de ſe ſentiens in ſupbia [ cum nihil ſit ] de
ſe niſi vanitas ⁊ pctm̃. vt ptꝫ. i. Corint. iiij
Quid habes qð nõ accepiſti [ ipe ſe ſedu
cit ].i. ſeorſum a veritate ſe ducit: qꝛ ꝑ hoc
in cõtemptũ fratris et in alia pctã cadit:
ideo ſubdit [ opus aũt ſuũ ꝓbet vnuſqſqꝫ ]
id eſt diligẽter examĩet [ ⁊ ſic in ſemetipo
tm̃ ].i. in teſtimonio ꝓprie cõſcientie [ glo/
riaꝫ habebit ⁊ nõ in altero ].i. in falſa lau/

de alterius cui nõ eſt credendũ [vnuſqſq₃
enī onus ſuũ portabit ].i. mercedem boni
vel mali operis [cõmunicet aũt ] Ly.ſ.pre
lato ⁊ doctori [is].i.ille [qui cathezizat ]
id eſt inſtruit [verbo] ſcʒ doctrine [ei qui
ſe] i.q̇ eum [cathe
zizat ].i.iſtruit [in
omīb₃ bonis ] que
dicit et docet nõ ſin
malis que facit: vt
p₃ Matth. xxiij.
Que dicunt facite:
ſm opera vero illo
rum nolite facere
[nolite errare] ſcʒ
credendo ꝙ poſſit₃
eis cõformari ī ma
lis et illicitis: ſicut
dicũt quidã quare
nõ faciã hoc ex quo
ſacerdos meus fa/
cit [deus nõ irride
tur] Gor.i.non põt
falli [que enī ſemi/
nauerit hõ] in pre/
ſentis vite labore
[hec ⁊ metet] in fu
tura retributione:
[qm̃ qui ſemiat in
carne ſua ].ſ.fouen
do vicia carnalia
[de carne et metet
corruptionẽ] ſcʒ pe
ne eterne [qui autẽ
ſeminat in ſpũ ].i.
ſpiritualib₃ op̱ib₃:
[de ſpũ].i.virtute
ſpũſſcti [metet vi/
tam eternã] p pre/
mio [bonũ aũt faci
entes ñ deficiam⁹]
ſcʒ a bono īchoato
[tp̱e enī ſuo mete/
mus nõ deficiẽtes] q₂ merces erit eterna:
[ergo duʒ tp̄s habem⁹].ſ.merẽdi qđ bre/
ue eſt [opem:ır bonũ ad oẽs ].ſ.generalit̃
[maxime aũt ad domeſticos fidei.] Gor.
id eſt ad xp̄ianos fideleſ q̇ domeſtici dicũ
tur: q₂ nobiſcũ ſunt de familia eiuſdeʒ do/
mus.ſ.eccleſie: que domus dei eſt.

Vnuſquiſq₃ enī onus ſuũ por=
tabit Cõmunicet aũt is q̇ cathe
zizat verbo ei q̇ ſe cathezizat in
omīb⁹ bonis. Nolite errare: de⁹
nõ irridet. Que enī ſeminauerit
homo hec ⁊ metet: qm̃ qui ſemi
nat ī carne ſua: de carne ⁊ metet
corruptionẽ. Qui autẽ ſeminat
in ſpiritu: de ſpiritu metet vitaʒ
eternã. Bonũ aũt facientes nõ
deficiamus: tp̱e enī ſuo metem⁹
nõ deficientes. Ergo dum tem=
pus habem⁹ operemur bonũ ad
omnes: maxime autẽ ad dome=
ſticos fidei.

Dñica.xvi.ad Ephe.iij.

Obſecro vos ne deficia=
tis in tribulatiõib⁹ meis
p vobis: que eſt gloria
veſtra. Huius rei grã flecto ge=
nua mea ad patrẽ dñi noſtri ihũ
xp̄i: ex quo oĩs paternitas in ce
lis ⁊ in terra noīat: vt det vobis
ſm diuitias glorie ſue virtutem
corroborari p ſpiritũ eius in inte
riori hoīe habitare xp̄m p fideʒ
in cordib⁹ veſtris in charitate ra

Obſecro vos ne deficiat₃ ⁊c̃. Ante
initiũ illi⁹ ep̄le ſcribit.s. Pau.di.
ip̄is Epheſijs. Vos q̇ aliqñ erat₃
longe facti eſtis p̄pe in ſanguine xp̄i. Tũc
ſequit̃ p̄ñs ep̄la: in q̃ ap̄ſus docet nos qua
liter nõ ſolũ in p̄ſpe
ritatib₃: ſed etiã in
tribulatiõib₃ a bo/
no deficere et retro
cedere nõ debemuſ
dicens [Frẽs: Ob
ſecro vos ne deficia
tis ] Vin.ſ.in fide
⁊ bonis operib₃: ſcʒ
me exiſtente [in tri
bulatiõib₃ meis ].i.
in vinculis ⁊ in car
cerib₃ [p vobis ].i.
p doctrina ⁊ p fide
quã vobis p̄dicaui
[que ].ſ.fides [eſt
gloria vr̃a ].i.meri
tũ glĩe eterne [hu/
ius rei gratia ].i.p
pter hanc cauſaʒ.ſ.
vt nõ deficiatis ī fi
de ⁊ ſanctitate vite
[flecto genua mea
ſcʒ cordis ⁊ corpo/
ris [ad patrem dñi
noſtri ieſu xp̄i] Ly
ra id eſt ip̄m deuo/
te deprecando [ex
quo omĩs paterni/
tas].ſ. tanq̃ ab au
tore [in celis ].i.in
celeſtib₃ angelis [⁊
in terra].i.in terre
ſtrib₃ hoīb₃ [noīat
vt det vobis ſm di
uitias glorie ſue].i.
ſm abũdãtiã boni/
tatis ſue [virtutẽ]
Ly.patie in aduerſis [corroborari p ſpm
ei⁹ ].i.per ſpiritũſanctũ [in interiori ho/
mine].ſ.in volũtate ⁊ in intellectu [habi/
tare in cordib₃ veſtris per fidem ] que pu/
rificat habitaculũ cordis veſtri [in chari/
tate radicati].ſ.quẽadmodum arbor que
q̃to p̄fũdius figit radices in terra: tanto

minus euelli pōt [⁊ fūdati] ad ſilitudinē ſtabilis edificij: qꝛ ꝗ̄toplus ⁊ melius do/mus fundaꝛ: tanto diutius ſtat [vt poſſitꝭ cōpꝛehendere] .i. ꝑfecte intelligere [cum omnibꝫ ſanctis] .ſ. aplīs martyribꝫ ⁊ con/feſſoribꝫ et virgini/bus: ⁊ cum ꝑfectis fidelibus [que ſit] Hoꝛ.i. quāta debet eſſe [latitudo] cha/ritatis: qꝛ in exten/ſione vſqꝫ ad inimi/cos: vt pꝫ Mat.v. Diligite inimicos vr̄os [longitudo] ſcꝫ charitatis: qꝛ in ꝑſeuerātia merito/rū: vt pꝫ Math.x. Qui autē ꝑſeuera/uerit vſqꝫ in finem hic ſaluꝰ erit [ſubli/mitas] .ſ. charitatꝭ qꝛ in intentōe cele/ſtiū premioꝝ. Vñ Col.iij. Que ſurſū ſunt querite [⁊ pro/fundū] .ſ. charitatꝭ qꝛ in humilitate ex ꝯſideratōe iudicio/rū dei Vñ pſ.xxxv Judicia dī abiſſus multa. Item oro vt poſſitis [ſcire] .i. intel/ligere [etiā ſupeminentē charitatē xp̄i] qꝛ animā ſuā ꝓ vobis poſuit: vt pꝫ Joh.xiiij Maiorē charitatē nemo habet vt animā ſuā ponat qˢ ꝓ amicis ſuis [vt impleami/ni in oēm plenitudinē dei] Vñ.in oī fructu iuſticie in pn̄ti: ⁊ tandē oī fructu glorie in futuro [ei autē] .i. deo patri [ꝗ potens eſt omnia facere] .i. omp̄s eſt [ſupabūdāter] Hoꝛ.i. ſupra meritū: vt pꝫ Ro.viij. Non ſunt cōdigne paſſiones huiꝰ tp̄is ad futu/ram gloriā [ꝗ̄ petimus] .i. pluſqꝫ petere ſciamꝰ vel p̄ſumamꝰ [aut intelligimꝰ] .i. pluſqꝫ intelligere poſſimus. Rō: qꝛ nr̄a in/tellectio ſemꝑ eſt finita: ſꝫ ſuū poſſe eſt in/finitū: igiꝛ [ſm ꝟtutē] .ſ. diuinā qua opaꝛ in nobis] Hoꝛ. vltra ꝗ̄ petere p̄ſumeremꝰ ſcꝫ vt deus hō fieret: ⁊ qꝫ ꝓ nobis moreref. [ipi] .ſ. deo pr̄i ſit [gloria in eccl'ia] Vñ.

quā in ſanguine filij ſui lauit [⁊ in xp̄o ie/ſu] .i. in eius filio [in oēs generatōes ſecu/li ſeculoꝝ] .i. in tota cōgregatōe mūdi vbi vna generatio p̄terit ⁊ alia aduenit: et ſic quodāmodo ſuccedūt ſecula ſeculis.

dicati ⁊ fūdati: vt poſſitis cōpre/hendere cū oībꝰ ſctis que ſit la/titudo: longitudo: ſublimitas ⁊ ꝓfundū. Scire etiā ſupeminētē charitatē xp̄i vt ipleami in oēm plenitudinē dei. Ei aūt ꝗ potēs eſt oīa facere abūdāter ꝗ̄ peti/mus aut intelligimꝰ ſm virtutē que opaꝛ in nobis ipſi gloria in eccl'ia ⁊ in xp̄o ieſu in oēs gene/ratōes ſeculi ſeculoꝝ. Amen.

Dn̄ica.xvij. ad Ephe.iiij.

Obſecro vos itaqꝫ ego vi/ctus in dn̄o vt digne am/buletis: vocatōe qua vo/cati eſtis: cū oī humilitate ⁊ mā/ſuetudīe: cum patiētia ſuppoꝛtā/tes inuicē in charitate. Solliciti

Obſecro vos itaqꝫ ⁊c̄. Añ initiū illius epl'e ſcribit.s. Paulus di. Deus ꝗ po/tens eſt oīa facere ſupabūdāter ꝗ̄ pe/timus aut itelligi/mus ſm ꝟtutē que opaꝛ in nob. Tūc ſeqꝛ pn̄s epl'a. No/tandū ꝙ pn̄s epl'a ⁊ euāg. cōcordāt in hoc: qꝛ euang. dicit de hydropico: quē dn̄s ieſus xp̄s cura/uit: ⁊ poſt hoc ſup/biam phariſeoꝝ in/crepādo ꝯcluſit di. Qui ſe exaltat hu/miliabitur ⁊c̄. Sic apl'us Pau. in epl'a hodier. docet nos humilitatē ⁊ patiē/tiam ⁊ māſuetudi/nem: ſicut ī epl'a pa/tebit. Ergo dicit [Fratres. Obſecro vos itaqꝫ] .i. peto: dans ꝑ hoc ſupbis nō ſemꝑ imperandi p̄tātē ⁊ exercēdi: ſed pie āmo/nendi: qꝛ ſicut Sene. dicit. Generoſus eſt animꝰ hoīs ꝗ potius vult ꝟboꝝ dulcedīe duci ꝗ̄ importunitate trahi .i. faciliꝰ duciꝛ pia ammonitiōe ꝗ̄ violēter trahaꝛ impio ⁊ p̄tāte [ego] .ſ. paulꝰ [vinctꝰ] .i. ligatꝰ in carcere. Scpſit eni hanc epl'am de roma detentus in carcere ꝑ timotheū diſcipulū ſuū [in dn̄o] .i. ꝓpter dn̄m [vt digne ambu/letis] ꝓcedēdo de virtute in virtutē [voca/tione qua vocati eſtꝭ] .ſ. ad fidē catholicā ꝑ p̄dicatōes meas [cū oī hūilitate] ly.ſ. interiori ꝗ̄tū ad cōuerſationē [⁊ manſue/tudinē] vt tractabiles ſitꝭ [cum patiētia] aduerſoꝝ [ſupportātes vos inuicē] in defe/ctibꝫ ⁊ infirmitatibꝫ [in charitate] .ſ. dei ⁊ p̄ximi: [ſollciti] ſup. ſitis [ſeruare vnita/

ſeruare vnitatē ſpūs in vinculo
pacis. Unū corpus ⁊ vnus ſpiri
tus ſicut vocati eſtis in vna ſpe
vocatōis veſtre Unus dn̄s: vna
fides: vnū baptiſma: vnus deus
⁊ pater omniū: qui eſt ſup om̄es
et per omnia ⁊ in omnibꝰ nobis.
Qui eſt benedictus in ſecula ſe-
culoꝝ. Amen.

Dn̄ica. xviij. j. Corinth. j.

GRatias ago deo meo ſp
ꝑ vobis i gratia dei que
data eſt vobis in xp̄o ie-
ſu: qꝛ in oībus diuites facti eſtis
in illo in omni verbo et in omni
ſcientia: ſicut teſtimoniū xp̄i cō
firmatū eſt in vobis: ita vt nihil
vobis deſit in vlla gratia expe-
ctantibus reuelationem dn̄i no-
ſtri ieſu chriſti. Qui ⁊ confirma-
bit vos vſqꝫ in finem ſine crimi-
ne in die aduentus dn̄i noſtri ie-
ſu chriſti.

tatem ſpūs ].i. vnitatē eccl'ie quā facit ſpi
ritusſanctus ⁊ per oppoſitū eius ſciſma fa
cit diabolus [in vinculo pacis] ſicut enim
vinculū corporale vnit ligata inter ipm:
ſic pax ⁊ tranq̄llitas ſeruāt vnitatē credē/
tiuȝ [ vnū corpus ]
ſup. ſitis: qđ eſt cor
pus xp̄i myſticū: er
go debemus eſſe in
charitate ſicut mē/
bra corporis [⁊ vnꝰ
ſpūs ] Un. i. idem
velle ⁊ nolle [ ſicut
cut vocati eſtis [vna
ſpe ] .ſ. beatitudis
eterne [vocatōis ve
ſtre ] ad fidē catho
licaȝ: per que habe
bitis vitam eternā
[ vnus dn̄s ] .ſ. cui
ſeruitis [ vna fides ]
qꝛ licet articuli ſint
multi in fide catho
lica: tn̄ vna ē fides:
[ vnum baptiſma ]
Un. quo regenera
mur [ vnus deus et
pater omniuȝ ] ſ. ꝑ
creationem: ⁊ ideo
nemo pōt alteri ſe
preferre [ qui eſt ſu/
per om̄s ] .ſ. creatu
ras per excellentiā
[ ⁊ per oīa ] per ge/
neralē rerū guber/
nationē [ ⁊ in omni
bꝫ nobis ] ſ. fideli/
bus ſpecialiter eſt
per gratiā [ qui eſt benedictus in ſecula ſe
culoꝝ Amen.

GRatias ago deo meo ſemꝑ ⁊c̄. An
te initiū illꝰ ep̄le ſcribit. s. Paulꝰ
ap̄ls ſalutās amicabiliter Corin/
thios di. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre
noſtro ⁊ dn̄o ieſu xp̄o. Tunc ſtatim ſequit̄
pn̄s ep̄la: que cōcordat cum euāg. hodier
no in hoc: qꝛ in euāge. legit̄ de magno mā
dato dilectōis qđ abſqꝫ dono gratie ꝑfici
nō pōt: vt ergo hoc mandatū magnū im/
plere poſſimꝰ: tunc ap̄ls Pau. in ep̄la ho/
dierna nos inducit ad gratiā obtinendā:
⁊ principaliter per gratiaꝝ actōes: qꝛ gra
tiarū actio eſt ad plus dandū inuitatio: er
go ap̄lus dicit in ep̄la [ Grās ago ] Glo.
corde ore ⁊ opere. Hic mos eſt ap̄li: qꝛ fe/
re omnes ep̄las ſu
as incipit a gratia/
rū actiōe [ deo meo
ſemꝑ ] Ly. i. oībus
horis mihi ad orā/
dum cōgruis ⁊ de/
putatis [ ꝓ vobis ]
ſicut ꝓ filijs meis
chariſſimis [in gra
tia dei ] .i. ꝓpter gra
tiam dei [ que data
eſt vobis in xp̄o ie/
ſu ] Un. i. ex meri/
tis ⁊ ꝟtute ieſu xp̄i
[ qꝛ in omnibꝫ ] ſcȝ
pertinentibꝫ ad ſa/
luteȝ [ diuites facti
eſtis in illo ] .ſ. xp̄o
[ in om̄i verbo ] do/
ctrine [ ⁊ in om̄i ſci/
entia ] .i. intelligen/
tia ſcp̄turaꝝ [ ſicut
teſtimoniū chriſti ]
Gor. i. teſtimoniuȝ
noſtrū de xp̄o [ con/
firmatum eſt in vo
bis ] .i. a vobis fir/
miter retētū [ ita vt
nihil vobis deſit in
vlla gratia ] ad ſa/
lutē neceſſaria [ ex/
pectātibꝫ reuelatio
nem ] Gor. i. claraȝ
viſionē ⁊ cognitionē [ dn̄i noſtri ieſu chri/
ſti ] que erit in patria celeſti [ q̇ ⁊ cōfirma/
bit vos ] in donis collatis [ vſqꝫ in finem ]
id eſt vſqꝫ ad mortem [ vt ſitis ſine crimi/
ne ] Ly. i. ſine pctō mortali ] qꝛ peccatū ve/
niale nō poteſt etiā a perfectis oīno vita/
ri. Unde Prouerb. xxv. Septies in die ca
dit iuſtus ⁊ reſurget [ in die aduētus dn̄i
noſtri ieſu chriſti ] id eſt i die iudicij: quia
qui ſine crimine mortali in die mortis in/
uenietur: in die iudicij ſine crimine pre/
ſentabitur.

Renouamini ſpũ mentis ⁊c̃. Ante
initiũ illi⁹ ep̃le ſcribit. s. Pau. di.
Unus dñs: vna fides: vnũ baptiſ
ma: vnus deus ⁊ p̃r omniũ. Tunc ſequit̃
ep̃la hodierna: que in hoc cõcordat cum
euange. hodierno:
q: in euãg. legit̃ de
paralitico quẽ dñs
curauit: ſic in ep̃la
ap̃ls monet parali
ticos in aĩa vt eri
gant̃ ſpũaliter a pa
raliſi ad bona ope/
ra di. [Renouami
ni] Ly. per gratiã
dei [ſpũ mentis ve
ſtre]. i. in ſpũ q̃ eſt
mens veſtra [⁊ in/
duite nouũ hoiẽ]
Tho. vetus homo
eſt Adam per quẽ
pc̃tm̃ in oẽs hoĩes
introiuit: ſʒ nouus
homo eſt xp̃s: qui
eſt primũ p̃ncipiũ
innouatõis ⁊ reno
uatõis: qm̃ ſicut in
Adam oẽs moriũ
tur: ita ⁊ in xp̃o om
nes viuificabunt̃:
[qui]. ſ. nouus ho
mo xp̃s [ſm̃ deum
creatus eſt]. i. a ſpi
ritu ſc̃tõ cõcept⁹ eſt
in vtero virginis: ⁊
de ea natus eſt [in
iuſticia] operis [et
ſanctitate] cordis [veritatis] oris. Ly. q:
nõ fuit in xp̃o duplicitas vel falſitas aliq̃
vel hipocriſ. vt p̃ʒ. i. Pet. ij. Qui pc̃tm̃
nõ fecit: nec inuẽtus eſt dolus in ore eius:
[ꝓpter qđ deponẽtes mẽdaciũ] Ly. ꝑ qđ
ꝓxim⁹ defraudat̃ [loq̃mini veritatẽ vnuſ
quiſq; cum ꝓximo ſuo] ꝑ quã cũ eo recte
viuit̃ [qm̃ ſum⁹ inuicẽ mẽbra] Uin. Nã
vnũ mẽbrũ nõ decipit alterũ i eodẽ corpo
re: ſed plus cõdolet ⁊ adiuuat alteꝝ: ſic ꝙ
os ſeruit capiti: oculi pedib⁹: ⁊ ſic de aliꝭ
mẽbris [Iraſcimini] ↄtra peccãtes [⁊ no
lite peccare] nimis aſpere arguẽdo. Unđ

Dñica. xix. ad Ephes̃. iiij.

Renouamini ſpũ mentis
veſtre: ⁊ induite nouum
hoĩem qui ſm̃ deũ crea-
tus eſt in iuſticia ⁊ ſanctitate ve
ritatis: ꝓpter qđ deponẽtes mẽ
daciũ loq̃mini ꝟitatẽ vnuſq̃ſq;
cum ꝓximo ſuo: qm̃ ſumus inui
cem mẽbra. Iraſcimini et nolite
peccare. Sol nõ occidat ſuꝑ ira
cundiã veſtrã. Nolite locũ dare
diabolo. Qui furabat̃ iam nõ fu
ret̃. Magis autẽ laboret operã-
do manibus ſuis: qđ bonũ eſt vt
habeat vnde tribuat neceſſita-
tem patienti.

Dñica. xx. ad Eephesios. v.

Uidete itaq; quomõ cau-
te ambuletis. Non qua-
ſi inſipiẽtes ſed vt ſapiẽ
tes redimentes tempus: quoniã
dies mali ſunt. Propterea noli-

Eccl̃. vij. Noli eſſe iuſtus multũ [Sol nõ
nõ occidat ſuper iracũdiã veſtrã]. i. nõ du
ret vſq; ad occaſum ſolis [nolite locũ da/
re diabolo.] Uin. ſ. in ira ꝑſeuerãdo [q̃ fu
rabat̃] Ly. ante cõuerſionẽ de errore gen/
tili [iam nõ furet̃]
in mortẽ: ita ꝛ gr̃a regnet ꝑ iuſti
ciam in vitã eternaz. Per ieſum
chriſtum dominũ noſtrum.

In feſto ſancti Jacobi apl̃i. Epi. Jam nõ eſtis hoſpites ꝛ adue. ꝛc. quere infra in cõmuni ſanctorũ de apoſtolis.

In vincula ſancti Petri Epi. Miſit herodes manũ vt affligeret. querere ante in feſto ſctõꝝ petri ꝛ pauli apoſtolorum.

In feſto ſancti laurentij martyris. ij. Corinth. ix.

Qui parce ſeminat parce
ꝛ metet. Et q̃ ſeminat in
benedictionib⁹: de bene
dictionib⁹ ꝛ metet. Unuſquiſq;
prout deſtinauit in corde ſuo:
nõ ex triſticia aut ex neceſſitate
Hilarez eni datorẽ diligit deus

rẽdo[vt ſicut regnauit peccatũ in mortẽ]
Ly.i.potentiaz habuit deijciẽdi ad mortẽ
eternã [ ita ꝛ gr̃a regnet ꝑ iuſticiã in vitã
eternã ]potenter nos inducendo in vitam
eternã[ꝑ iheſum chriſtũ dominũ noſtrũ]
q̃ eſt mediator dei
et hominum.

Poſtilla.

Qui parce
ſeminat ꝑ
ce ꝛ metet
ꝛc. Ante initiũ illi/
us epl̃e ſcribit ſan/
ctus Paul⁹ dicẽs.
Prouidem⁹ eni bo
na nõ ſolũ corã deo
ſed etiã corã homi/
nibus. Tũc ſequit
pñs epl̃a [ Frẽs.
qui parce ſeminat]
ſ. dando paruã ele
moſinã [ꝑce ꝛ me/
tet ] Ly.i.minus in
premio recipiet [ et
qui ſeminat i bene/
dictionib ].ſ.largi
ter dando [ de bene
dictõnib ꝛ metet ]
ſ. largã retributio
nem i premio habe
bit[ vnuſq̃ſq; ]ſup
ple det[ ꝓut deſtia/
uit in corde ſuo ].i.
ordinauit ꝓpria vo
luntate[ nõ ex triſti
cia ] Glo. q̃ eni dat
vt careat tedio int/
pellantis nõ vt refi
ciat viſcera indigẽ/
tis: ꝛ meritũ ꝛ rem
ꝑdit [ aut ex neceſſi
tate ].i.coactus ſed
ſponte et hilariter.
[ Hilarẽ eni dato/
rem diligit deus ]
id eſt approbat ꝛ re
munerat quia facit
actum virtuoſum.
[potens eſt autem deus omnẽ gratiam ]
Gor. nõ ſolum hanc gratiam largitionis

potēs eſt aūt deus oēm gratiam
abūdare facere ī vobis: vt ī om
nibus ſemꝑ oēm ſufficientiā ha=
bētes abūdetis in omne opus bo
nū: ſicut ſcriptū ē. Diſperſit de=
dit paupibus iuſticia ei⁹ manet
in ſcl'm ſcl'i. Qui aūt ammiſtrat
ſemē ſeminanti ⁊ panē ad man=
ducandū p̄ſtabit ⁊ ml'tiplicabit
ſemē veſtrū ⁊ augebit incremen
ta frugū inſticie veſtre.

In feſto aſſumptionis virgi=
nis Marie. Eccl'. xxiiij.

In omnib⁹ requiē queſi
ui: et in hereditate do=
mini morabor. Tūc pre
cepit ⁊ dixit mihi creator omni=
um: et q̄ creauit me requieuit in
tabernaculo meo. Et dixit mihi
In iacob inhabita ⁊ in iſrael he
reditare: ⁊ in electis meis mitte
radices. Ab initio ⁊ ante ſecula
creata ſum: ⁊ vſq₃ ad futurū ſe=
culū nō deſinā: ⁊ in habitatione
ſctā corā ipſo miniſtraui: et ſic ī

elemoſynarum. ſed etiā quācūq₃ aliā [abū/
dare facere in vobis] Ly. vt ſic nō dolea/
tis de facto. ſed magis gaudeatis [vt in
oībus] ſcꝫ tēpalibus ⁊ ſpūalib⁹ [ſemꝑ oēm
ſufficiētiā habētes: tā in volūtate interio/
ri q̃3 ī facultate ex/
teriori [abūdetis ī
omne opus bonū]
ſcꝫ in datiōe elemo
ſynarum ⁊ in aliis bo
nis operib⁹ virtu/
tum [ſicut ſcriptū
eſt] in. pſ. cxi. [di/
ſperſit] Ly. nā ele/
moſyna plurib⁹ eſt
faciēda [dedit pau
perib⁹] nō hiſtrio/
nib⁹ ⁊ aliis ꝑſonis
indignis [iuſticia
eius] q̄ ſic dat ele/
moſynā [manet in
ſeculū ſecl'i]. id eſt
eternaliter: q: mer/
ces iuſticie eſt coro
na eterna [qui aūt
amminiſtrat ſemē
ſeminanti] Ly. id
eſt de⁹ qui dat fa/
cultatē ⁊ volūtatē
dādi elemoſynā [⁊
panē ad māducan
dum p̄ſtabit]. i. ne
ceſſaria vict⁹: hoc
eñ videt̄ cōiter ac/
cidere q̄ dātes ele/
moſynas magiſ ab
undāt in tēpalibus
q̃3 elemoſynaſ pau
peribus indigenti
bus denegantes: et
ſi aliquando con/
tingit eos depaupari: deus hoc ordinat
ad maius bonū ipoꝝ ſpūale [⁊ ml'tiplica/
bit ſemē veſtrū [Ly. id eſt volūtatē ⁊ fa/
cultatē elemoſynas faciēdi [⁊ augebit in/
cremēta frugū iuſticie veſtre] Ly. i. mer/
cedē q̄ ex hoc in patria colliget̄.

In oībus requiē queſiui ⁊c. Ho/
die btā virgo celos aſcēdens re/
quiem quā q̄ſiuit inuenit. Hodie
ſup oēs angelorum choros fidel'r exaltata
pacē ⁊ requiē q̄ſiuit: ⁊ qđ q̄ſiuit inuenit. er/
go dicit [In oībus requiem queſiui] ac ſi
dicat: inter oīa ⁊ in omni deſiderio ⁊ ope/
re q̄ſiui requiē ⁊ pacem. ſ. tēpis pectoris. ⁊
eternitatis. Et da/
tum eſt mihi q̄ [in
hereditate domini
morabor] vbi ſum
ma pax ⁊ requies:
et mētis deſiderio
hec q̄ſiui. [Tūc]
tēpe a deo patre p̄fi
nito: ipe pater om/
nipotens [p̄cepit]
gabrieli ⁊ ꝑ gabri/
elem [⁊ dixit mihi
creator oīm] ſalu/
tationē angelicam
cui⁹ effect⁹ ſbdit̄ [⁊
qui creauit me re/
quieuit in taberna
culo meo] creator
eñ huius virginis
de⁹ ē qui requieuit
ī vtero eius. ix. mē/
ſibus: ⁊ ſex diebus:
in quo vtero ſicut
miles in taberna/
culo armaturā no/
ſtre hūanitatis ac/
cepit cōtra dyabo/
lū pugnatur⁹ [⁊ di
xit mihi] id eſt ver
bo ſpirituali impſ/
ſit mihi duplicem
actiue ⁊ cōtempla
tiue vite ꝯſeruatio
nez: qđ apparet cū
dicit̄ [in iacob iha
bita ⁊ in iſrael he/
reditare ⁊ in electis meis mitte radices]
ac ſi di. vtriuſq₃ vite exemplū electis ⁊ p̄/
deſtinatis meis tribuo: exemplū enim cō
paratur radici. Nam ſicut ex radice pro/
cedit virga ⁊ de virga fructus: ſic de exem
plo concipitur affectio ⁊ ex affectione pro
cedit opus [⁊ ſic in ſyon firmata ſum. id
eſt in vita ſpeculatiua [⁊ in ciuitate ſan/
ctificata] id eſt in vita actiua [ſimiliter

requieui] pace pectoris [⁊ in hierl'm po/
teſtas mea].i. in viſiōe pacis. Notādum
ꝙ hic ꝑ ciuitatē intelligit̃ vita actiua: q̄ in
cōmuni hoīm habitatione gerit̃: ꝑ ſyon et
hierl'm cōtēplatiua demōſtrat̃ [⁊ radica/
ui].i. radices miſi
[in pp'lo honorifi/
cato: ⁊ in ꝑtes dei
mei hereditas illi/
us].i. ꝑ fructū ō ra
dicibus iſtis ꝓce/
dentem erit heredi
tas illiꝰ pp'li [⁊ in
plenitudine ſctōꝝ
detētio mea].i. mo
ra ⁊ perſeuerantia
mea erit in plenitu
dine ſctōꝝ [q̄ſi ce/
drus exaltata ſum
ī lybano: ⁊ quaſi ci/
preſſus in mōte ſy/
on] In lybano q̄ in
terp̄tat̃ candor: ſi/
gnificat̃ cādor vir/
ginitatis. Lybanꝰ
etiā eſt arbor thuꝫ
ō qua ꝓcedit thus
qd̄ cremat̃ in ſacri/
ficijs in ſuauitateꝫ
odoris: ⁊ talis ar/
bor btā virgo eſt:
huiꝰ filius q̄ſi thuſ
in igne paſſiōis crematꝰ eſt: et in huiꝰ ho/
ſtie fragrātia delectatꝰ eſt deus oīpotens.
Itē cedrꝰ odore ſerpētes fugat: bn̄ ḡ con/
uenit matri chriſti: qꝛ odore nomīs ſui de/
mones expellit. Cypſſus eſt arbor meden
dis apta corpibꝰ: ſic btā virgo ꝑ eiꝰ inter/
ceſſionē aīabus. Syō interp̄tat̃ ſpeculuꝫ:
ſpeculū homini reddit imaginē ſuā: defor
matus eñ erat hō ꝑ pctm̄: ſed ꝑ btāꝫ vir/
ginē q̄ fons eſt gr̄e reddit̃ imago homini:
quā ipſa impetrat peccatori a filio ſuo ie/
ſu chriſto [quaſi palma exaltata ſum ī ca/
des: ⁊ quaſi plātatio roſe in hiericho] pal
ma in floribꝰ anguſta dilatādo aſcēdit ad
ſupiora. Cades interp̄tat̃ trāſlatio: vnde
btē virginis trāſlatio eſt eiꝰ aſſumptio ſic̄
hodierna die exaltata eſt ſicut palma: ſic̄
ſalomō dicit: Que eſt iſta q̄ ꝓcedit ſic̄ au/

ſyon firmata ſū: ⁊ in ciuitate ſan
ctificata ſil'iter requieui: ⁊ ī hie=
ruſalē poteſtas mea. Et radica=
ui ī pp'lo honorificato: ⁊ in ꝑtes
dei mei hereditas illius: ⁊ in ple
nitudine ſctōꝝum detētio mea.
Quaſi cedrꝰ exaltata ſum in ly
bano: ⁊ quaſi cipreſſus ī monte
ſyō: q̄ſi palma exaltata ſum ī ca
des: ⁊ q̄ſi plantatio roſe ī hieri=
cho. Quaſi oliua ſpecioſa ī cam
pis: ⁊ q̄ſi platanꝰ exaltata ſum
iuxta aquā in plateis. Sicut ci=
namomū ⁊ balſamum aromati=
ſans odorē dedi: q̄ſi myrrha ele
cta dedi ſuauitatē odoris.

In feſto natiuitatis marie vir=
ginis. Eccl. xxiiij.

rora: ꝯſurgēs pulcra vt luna: electa vt ſol:
hec em̄ in vtero ſanctificata in natiuitate
ſua claruit vt aurora: in ꝯceptiōe filij per
gratiā cōfirmata claruit vt luna hodie aſ
ſumpta in celū clareſcit vt ſol. Hiericho
interp̄tat̃ luna: ⁊ ī
roſa ſignat̃ marty/
riū. Roſa igit̃ in lu
na ē martyriū mē/
tis in carne lucida
Vnō ſymeō ſenex
dixit ad btām vir/
ginē. Tuam ipſiꝰ
aīam ꝑtrāſibit gla
dius doloris. Paſ/
ſa eſt igit̃ btā virgo
martyriū in aīa [q̄/
ſi oliua ſpecioſa in
campiſ].i. fons mi
ſericordie illis pec
catoribus q̄ ambu
lāt in campo.i. lata
via q̄ ducit ad vi/
tam [⁊ quaſi plata
nus exaltata ſum
iuxta aquā in pla/
teis] Platanꝰ latis
folijs vmbrā facieſ
refrigerat exterius
et interius: hō aūt
eſtuat dupliciť: ex/
terius ī tribulatio/
nibus: interius in tēptationibꝰ: vt ergo in
virgine plenū oñdat̃ refrigeriū dicit̃ plata
nus iuxta aquā in plateis: qꝛ ꝯtra eſtū in/
terioris tēptationis ⁊ exterioris incendiū
p̄ſtat remediū [ſicut cynamomū ⁊ balſa/
mū aromatizāſ odorē dedi] Cynamomū
q̄nto gracilꝰ tāto meliꝰ ⁊ odoratiꝰ: ſic be/
ata ꝟgo gracilis ⁊ extenuata ꝑ abſtinen/
tiā: ⁊ acceptior deo ⁊ mūdo odoratōe fuit.
Simil'r ⁊ in balſamo deſignat̃ opinio ſan
ctitatꝭ [q̄ſi myrrha electa dedi ſuauitatem
odoris]. Illa myrrha eſt electa q̄ manat
ab arbore mime vulnerata: illa aūt eſt mi
nime p̄cioſa q̄ de arboris vulnere manat.
Per myrrhā ſignificat̃ amara mortifica/
tio: q̄ ſi ex aīa pctō rꝫ vulnerata manat mi
nꝰ ē p̄cioſa: ſi aūt abſq; vulnere pcti dō ob
lata fuerit: ḡtior erit deo ⁊ odore ſuauior.

Ego q̄ſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris: ⁊ flores mei fructꝰ honoris ⁊ honeſtatis. Ego mr̄ pulcre dilectiōis ⁊ timoris ⁊ agnitiōis ⁊ ſancte ſpei. In me gr̄a oīs vie ⁊ veritatis: in me oīs ſpes vite ⁊ virtutis. Trāſite ad me oēs q̄ ꝯcupiſcitis me: ⁊ a generationibus meis īplemi. Spūs em̄ meꝰ ſuꝑ mel dulcis: ⁊ hereditas mea ſuꝑ mel ⁊ fauū: mēoria mea in generatiōe ſeclorū. Qui edūt me adhuc eſuriēt: ⁊ q̄ bibūt me adhuc ſitiēt. Qui audit me nō ꝯfundetur: ⁊ qui operant̄ in me nō peccabunt: qui elucidant me vitam eternā habebūt.

Ego q̄ſi vitꝫ fructificaui ⁊c̄. In natiuitate btē ꝟginis marie legit̄ ꝑ ep̄la lectio illa ſumpta ḋ eccl̄iaſtico. xxiiij. q̄ ṗncipal̄r exponit̄ de chriſto filio btē ꝟginis: honor aūt filij ē honor matris ⁊ ecōuerſo honor mr̄is eſt honor filij. Vn̄ dicit beata virgo [Ego q̄ſi vitꝫ] Hic compat btā ꝟgo ſe viti. Primo ꝓpter vmbraꝫ. Nā ſicut vitis gratā vmbrā facit: ſic btā ꝟgo obūbrādo nos ꝓtegit. Unde ps̄. Sub vmbra alarū tuarum ꝓtege nos. Scḋo ꝓpt̄ florē: flos ſiq̄dē vitis odore ſerpentes fugat: ſic nomē beate virginis marie fugat demones [fructificaui ſuauitatē odoris] q: ſic ſine leſiōe vitis: de vite ꝓcedit odorꝫ ſuauitas: ⁊ idē odor longe lateq̄ꝫ diffunditur: ſic ḋ ꝟgine maria ſine leſiōe pudoris ꝓceſſit filꝰ: cuꝰ ꝑtās ⁊ bonitas replet orbē terraꝝ [⁊ flores mei fructꝰ honoris ⁊ honeſtatis]. i. abūdātie ⁊ opulentie [ego mater pulcre dilectiōis] hec eſt charitas qua dilexit dn̄m: quā nō maculauit aliqḋ pctī ꝯtagiū [et timoris] In timore ſignatur humilitas. Nā ex humilitate extimuit ad excellentiā ſalutatiōis angelice. Vn̄ angelus ad eā. Ne timeas maria [⁊ agnitionis] In agnitiōe fides intelligit̄. Naꝫ ꝑfidē agnouit qḋ credidit. Vn̄ elizabeth dixit ad eā. Btā q̄ credidiſti q̄m ꝑficient̄ ea q̄ dicta ſūt tibi a dn̄o [⁊ ſctē ſpei in me gr̄a oīs vie ⁊ ꝟitatis] ac ſi dicat: in me eſt ille ꝑ carnis aſſumptionē a q̄ eſt vita ⁊ veritas [in me oīs ſpes vite ⁊ ꝟtutꝫ. Trāſite ad me oēs q̄ ꝯcupiſcitꝫ me] ac ſi dicat: oēs q̄ deſideratꝫ me habere fautricē ⁊ adiutricē [trāſite ad me]. i. ad ſilitudinē ⁊ ꝯformitatē meā vt ſitis imitatores humilitatis mee caſtitatis ⁊ paupṫatꝫ [⁊ a generatiōib' mei īplemi] He ſūt ille generatiōes de q̄b' ḋr. Emiſſiōes tue ꝑadiſus malorꝝ punicorꝝ ⁊c̄. Seq̄ns clauſula illiꝰ epiſtole exponit̄ de filio ꝟgis Marie [Spūs em̄ meus]. ſ. ſpūſſctūs q̄ cōiter ꝓcedit a patre ⁊ filio. ⁊ qui hic dat̄ i via ꝑ inſpiratiōnē grāꝝ [ſuper mel dulcis: ⁊ hereditas mea ſuꝑ mel ⁊ fauū]. ſ. incōpabil̄r [mēoria mea ī generatiōe ſeculorū] q: ſapiētiā dei homīeſ ⁊ angeli ſine fine laudabunt. [Qui edūt me adhuc eſuriēt: ⁊ q̄ bibūt me adhuc ſitient] edamꝰ em̄ dei ſapiētiā ⁊ bibamꝰ: q: in ipa plena eſt et ꝑfecta refectio. Siquidē in corporalibꝰ rebꝰ appetitus placet: experiētia diſplicet: ſed ſpūalis delectatio tāto plus a comedēte eſuritur: quāto plus ab eſuriēte comedit̄: et̄na em̄ ſatietas auget deſideriū: ecōtrario mūdana refectio deſideriū extinguit ⁊ tediū facit. Vn̄ ⁊ de angelis dictū eſt. Fruunt̄ nec faſtidiūt: ſed magis frui ſitiunt [qui audit me] obediēdo mādatis meis [nō confundet̄] ſed eterna mercede coronabit̄ [⁊ qui operant̄ in me] id eſt qui ſic operantur vt maneant in me ⁊ ego i eis [nō peccabūt] Qui enim manet in deo non peccat mortaliter [qui elucidant me]. ſ. ṗdicādo verbo ⁊ exemplo [vitā eterna habebūt] quia ſicut dicit̄ Dan̄. xij. Qui aūt docti fuerint fulgebūt quaſi ſplēdor firmamenti: ⁊ qui ad iuſticiā erudiunt multos quaſi ſtelle ī perpetuas eternitates.

Unicuiqꝫ noſtrū data eſt ⁊c. Ante initiū illiꝰ ep̄le ſcribit ſctūs paulus dicēs: Unus dn̄s: vna fides: vnū baptiſma: vnꝰ deus ⁊ pater oīm: qui eſt ſup oēs ⁊ ꝑ oia ⁊ in oibꝰ nobis. Tunc ſequit̄ ſtati p̄ſens epiſtola [Unicuiqꝫ noſtrū] Lyr. ſcꝫ chriſtifideliū [data eſt gr̄a ſ̄m menſuram donationis chriſti] .i. prout voluit dare plus ⁊ minus ſ̄m ordinationē diſpoſitiōis ſue [ꝓpt̄ qd̄ dic̄] ſupple ſcriptura: i pſ. lxvij. [Aſcēdēs in altū captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hoibꝰ] ſ. xp̄s in aſcēſiōe ſua captiuā duxit captiuitatē .i. patres qui p̄iꝰ tenebant̄ i limbo: [dedit dona] .ſ. ſpūſſcti [hoibꝰ] in die pēthecoſtes viſibiliter .ſ. in igneis linguis. [Qd̄ aūt aſcēdit quid eſt] .i. qualiter eſt intelligendū [niſi q2 ⁊ deſcēdit p̄mū] .ſ. i ſua morte. [in inferiores ꝑtes terre] ſcꝫ ad limbū patꝝ i iferno qui dicit̄ eſſe ſub terra [q̄ deſcendit ip̄e eſt] .ſ. idem in ꝑſona [⁊ q̄ aſcendit ſup omēs celos vt adipleret oīa] ſcꝫ ſcripta a ꝓphetis: qui nō ſolū prophetauerūt de eiꝰ incarnatione morte ⁊ reſurrectiōe: ſed etiam de eius aſcēſiōe [⁊ ipſe dedit quoſdā quidē ap̄los] Ly. ſ. xij. ad ordinandū ⁊ regendū eccleſiā [quoſdā aūt ꝓphetas] ad futura p̄dicēdū [alios vero euāgeliſtas] ſcꝫ quattuor ad ſcribēdū euāgelia [alios autē paſtores] .ſ. ad curam animaꝝ [⁊ doctores] ad informādū ſermonibꝰ populū [ad cōſūmationē ſanctoꝝ in opꝰ miniſterij] id eſt perfectionē fidelium in moribus ⁊ fide: [in edificationem corꝑis chriſti] Ly. ſcꝫ myſtici qd̄ ē eccleſia: in qua ap̄lis ſuccedunt epiſcopi prophetis aūt habentes gratiā ſcripturarū ſanctaruꝫ obſcura interp̄tandi. euangeliſtis archidiaconi, diaconi: paſtoribus per quos intelligunt̄ .lxx. diſcipuli ſuccedūt ſacerdotes curati: doctoribꝰ omnes exercentes debitum actū docendi ſeu predicandi: [donec] Ly. id eſt dicta officia exercebunt̄ in eccl̄ia militante [occurramꝰ omnes in vnitateꝫ fidei] id eſt qui ſumus vniti in fide ⁊ cognitione chriſti [in virum perfectum] id eſt occurramus chriſto venienti ad iudiciuꝫ qui eſt vir omnino perfectus [in menſuram etatis plenitudis chriſti] omnes eīn reſurgent i etate .xxxiij. annoꝝ que eſt etas plena perfecta ⁊ in qua chriſtus paſſus fuit. Hec omnia Ly. ponit.

In exaltatione ſancte crucis epiſtola.

Hoc enī ſentite in vobis qd̄ ⁊ in xp̄o ieſu ⁊c. Illā ep̄l'am quere ante dn̄ica palmarū.

In feſto beati Matthei apoſtoli: Epheſ. iiij.

Unicuiqꝫ noſtrū data eſt gratia ſ̄m menſuram donatiōis xp̄i: ꝓpter qd̄ dicit: Aſcendens in altū captiuā duxit captiuitatē dedit dona hominibꝰ. Qd̄ aūt aſcendit q̄d eſt: niſi q2 et deſcēdit primū in inferiores ꝑtes terre. Qui deſcēdit: ipſe eſt ⁊ qui aſcendit ſup omēs celos: vt adimpleret oīa. Et ip̄e dedit quoſdā quidē apoſtolos: alios autē ꝓphetas: alios vero euāgeliſtas alios autem paſtores ⁊ doctores ad cōſummationem ſanctorū in opus miniſterij in edificationē corporis chriſti donec occurramus omnes i vnitatem fidei ⁊ agnitiōis filij dei i virum perfectū: in menſurā etatis plenitudinis chriſti.

In feſto ſancti Michaelis et omniū angeloꝝ. Apo. j.

Significauit deus q̄ optet. Añ ini/
tiū illi⁹ lectiōis ſcribit ſctūs Joh.
in p̄ncipio illi⁹ libri dicēs. Apoc.
Jeſu chriſti q̄m dedit illi deus pater palā
facere ſuis ſuis: que oportet fieri cito. tūc
ſequitᷣ ſtatim p̄ſens
epl'a. [In dieb⁹ ill':
Significauit de⁹
que oporte fieri ci/
to] Exquo hodie
pagitᷣ feſtū omniū
angeloꝝ: tūc in illa
lectiōe que hodie i
miſſa p epl'a legitᷣ:
oſtenditᷣ qualitᷣ do/
minus miniſterio
angeloꝝ ſua reue/
lat myſteria ⁊ ſecre
ta: et qual'r ad bea/
tū iohānē euāgeli/
ſtam quē chriſtus
ſpecial'r dilexit per
angelū reuelatio p
uenit. Dicit itaqȝ
btūs iohānes [Si
gnificauit de⁹ que
oportet fieri cito]
id eſt ea q̄ ſue eccle
ſie futura erāt ſiue
p̄ſpera ſiue aduer/
ſa [loq̄ns p angelū
ſuū ſuo ſuo iohan/
ni] angelus em̄ ap
parebat in ſilitudine hoīs loquens iohan
ni [qui teſtimoniū phibuit verbo dei] In
p̄ncipio ſui euangelij cū dixit: In p̄ncipio
erat v̄bū [⁊ teſtimoniū ieſu xp̄i]. id eſt de
ieſu xp̄o cū dixit. Et v̄bū caro factū eſt et
habitauit in nobis [quecūqȝ vidit] oculis
corpalib⁹ in eius ꝯuerſatiōe. miraculorū
opatiōe: morte ⁊ reſurrectiōe: ſicut pꝫ in
euāgelio qd̄ ipſe iohānes ſcp̄ſit [Beatus
qui legit] ſibi vl' alijs [⁊ q̄ audit] aure mē
tis [verba pphetie hui⁹ ⁊ ſeruat ea]. ſ. in
ope [que in ea ſcripta ſunt] nō em̄ audito
res ſed factores iuſtificabuntᷣ apud deum
[tp̄s em̄ ppe eſt] Lyr. i. cito trāſiēs. q. d. la
bor patiētie breuis eſt ⁊ p̄miū beatitudis
eternū: ideo aduerſa nō debēt nos frange/
re nec p̄ſpera leuare [Johānes ſeptē eccle
ſijs q̄ ſūt in aſia] ſibi ſpāl'r cōmiſſis ⁊ ab
ipo ſpāl'r dilectꝫ [. ſ. Gr̄a vob]. in p̄ſenti vi
ta [et pax] in ſ futura. Nā ibi q̄etabitᷣ tota/
lit' appetit⁹ human⁹ [ab eo]. ſ. chriſto [q̄
eſt] eēntial'r coeter
n⁹ deo patri [⁊ qui
erat] ſcilicet cum
deo patre in crea/
tione mūdi [⁊ qui
venturus eſt] ſcili/
cet in gloria patris
in die iudicij [et ſe/
ptem ſpiritibus].
Lyra. id eſt vniuer
ſitati angelorū qui
ſunt miſtri noſtre
ſalutis [qui in con
ſpectu throni eius
ſunt] parati exequi
eius voluntatē [et
a ieſu chriſto: qui ē
teſtis fidelis] pa/
terne glorie ⁊ ma/
ieſtatis [Primoge
nitus mortuoruꝫ]
id eſt primus in/
ter reſurgentes a
mortuis. Licet em̄
ante ipſum laza/
rus ⁊ plures alij fu
erint a morte reſu/
ſcitati: hoc tamen
fuit ad vitam mortalem: quia poſt re/
ſurrectionem econuerſo mortui ſunt: ſed
chriſtus ſurrexit ad vitam immortalem
quia mors illi vltra nō dominabitur. Ro
manoꝝ. vi. [et princeps regum terre] pro
pter quod dixit poſt ſuam reſurrectionem
Data eſt mihi modo omnis poteſtas in
celo et in terra. vt patet Matthei vltimo
[qui dilexit nos]. id eſt ſola dilectione ſua
et non meritis noſtris [et lauit nos a pec/
catis noſtris] Lyra. originalibus ⁊ actu/
alibus [in ſanguine ſuo] quia ſacramen/
tum baptiſmi et etiam ſacramentum pe/
nitentie quibus deletur originale ⁊ etiam
actuale peccatum efficaciam habet a paſ/
ſione chriſti.

Significauit de⁹ q̄ optet
fieri cito: loquēs p angelū ſuo ſuo iohāni q̄ teſti
moniū phibuit v̄bo dei: ⁊ teſti=
moniū ieſu chriſti q̄cūqȝ vidit.
Btūs q̄ legit ⁊ audit verba pro
phetie hui⁹ ⁊ ſuat ea q̄ i ea ſcri=
pta ſunt. Tēpus em̄ ppe eſt. Jo
hānes ſeptē eccl'ijs q̄ ſūt i aſia.
Gratia vobis ⁊ pax ab eo qui ē
et qui erat ⁊ qui vēturus eſt: ⁊ a
ſeptē ſpiritib⁹: q̄ in ꝯſpectu thro
ni ei⁹ ſūt: ⁊ a ieſu xp̄o qui eſt te=
ſtis fidelis p̄mogenit⁹ mortuo=
rū: ⁊ princeps regū terre q̄ dile=
xit nos ⁊ lauit nos a peccatis no
ſtris in ſanguīe ſuo.

In feſto ſctōrū apoſtolorum
Symonis ⁊ Jude.

Scim⁹ q̄m diligētib⁹ deū ꝛc̄.
Istā ep̄l'am quere infra in cōmu
ni sanctoꝝ apostoloꝝ.

## In festo oīm sctōꝝ. Apoc̄. vij.

Ecce ego iohānes vidi al
terū angelū ascendentē
ab ortu sol' habētē signū
dei viui: ꝛ clamauit voce magna
q̄ttuor angel' q̄b⁹ datū est noce
re terre ꝛ mari dicēs. Nolite no
cere t̄re ꝛ mari neq̄ʒ arborib⁹ q̄=
adusq̄ʒ signem⁹ ꝯuos dei nr̄i in
frontib⁹ eoꝝ. Et ego iohānes au
diui numeꝝ sig̃toꝝ centū q̄dra=
ginta q̄ttuor milia signati ex om
ni tribu filioꝝ isr'l. Post hec vi=
di turbā magnā quā dinumera=
re nemo poterat ex oīb⁹ gētib⁹ ꝛ
tribub⁹ ꝛ pplīs ꝛ linguis stātes
añ thronū: ꝛ ī ꝯspectu agni ami=
cti stol' albis ꝛ palme ī manibus
eoꝝ. Et clamabant voce magna
dicētes. Sal⁹ deo nr̄o q̄ sedet su
pra thronū ꝛ agno. Et oēs ange
li stabāt in circūitu throni et se=
nioꝝ et q̄ttuor aīaliū: et cecide=
rūt in ꝯspectu throni ī facies su=
as: et adorauerūt deū dicentes:

Ecce ego iohānes vidi ꝛc̄. Lectio
ista legit̄ in festo oīm sctōꝝ. ꝓ eo q̄
in ipa agit̄ de nūerositate sctōꝝ et
etiā d̄ grāꝝ actōe quā sctī reddūt dn̄o: q̄ ē
sctūs sanctoꝝ. Dicit g̃. san. iohānes. [Ecce
ego iohannes vidi
alteꝝ angelū]. s. ie/
sum xp̄m: quē dicit
angelū tanq̄ʒ a deo
p̄re missū [ascēden
tē ab ortu solis]. i.
de sinu p̄ris [hn̄tē
signū dei viui] per
qđ apparet q̄ ipse
sit de⁹ verus. Hoc
aūt signū est poten
tia patri eq̄lis ꝛ im
mūitas pctī [ꝛ cla
mauit]. s. angelus
iste [voce magna]
id est cū mag̃ ipe/
rio [q̄ttuor angel']
id est vniuers̄ ma/
lignis spiritib⁹: q̄ ꝑ
q̄ttuor mūdi ptes
impedire nitunt̄ sa
lutē hoīm [q̄b⁹ da/
tū est]. i. ꝑmissū est
[nocere t̄re ꝛ mari
dicēs. Nolite noce
re t̄re]. i. ill' q̄ t̄renis
sē dediti sicut aua/
ri [ꝛ mari]. i. ill' q̄
in voluptatib⁹ car/
nis viuūt: sicut lu/
xuriosi ꝛ crapulosi
[neq̄ʒ arborib⁹]. i.
illis q̄ se extollunt
sup̄ alios sicut sup̄/
bi: hec eīm ꝓhibitio
est refrenatio q̄ do/
min⁹ malignos spi
rit⁹ refrenat ne no/
ceāt q̄ʒtū cupiūt iu
stis vł' pctōrib⁹ pre
destinatis ad vitā eternā [q̄adusq̄ʒ signe/
mus]. s. ego interi⁹ ꝛ ministri mei exterius:
[ꝯuos dei nr̄i]. s. sig̃ crucꝭ [ī frōtib⁹ eoꝝ]
id est ita eos signem⁹ signo fidei q̄ ipa fi/
des in ꝯfessiōe manifeste appareat. Et po
nit̄ ibi q̄adusq̄ʒ ꝑ nunq̄ʒ: q̄ȝ nūq̄ʒ nocebūt
maligni spūs electꝭ dei q̄b⁹ oīa coop̄ant̄ ī
bonū Roꝝ. viij. Qui si cadūt fortiores re/
surgūt. Vn̄ Ambro. Cert⁹ sū q̄ de⁹ nullū
electoꝝ suoꝝ cadere ꝑmitteret si eū melio
rē a casu suo resur/
rectuꝝ nō sentiret.
[ꝛ ego iohānes au
diui]. i. intellexi.
[numeꝝ sig̃torum
centū q̄dragita q̄t/
tuor milia signati
ex oī tribu filioꝝ is
rael]. i. ex oīb⁹ gēti
bus fidē iacob imi
tātib⁹: hūc aūt nūe/
rū ꝑ duodecī seq̄nt̄
scp̄tura diuidit: et
vnicuiq̄ʒ tribui assi
gnat. xij. milia. Itē
attēdendū q̄ h̄ iu/
das p̄ponit̄ ruben
p̄mogenito ꝓpt̄ di/
gnitatē: q̄ȝ de tribu
iuda nat⁹ est xp̄us.
Et h̄ p̄termittitur
dan: de q̄ nascet̄ an/
tixp̄s: ꝛ loco istius
ponit̄ h̄ manasses:
q̄ fuit filius ioseph
quē fr̄es suivēdide
rūt ꝛ ductus fuit ī
egyptū: ꝛ ibi genu/
it duos filios: Ef/
fraim ꝛ Manasses.
Et effrai h̄ nō po/
nit̄ qđ iō fit: q̄ȝ d̄ ef/
fraim nat⁹ ē roboā
q̄ fec̄ scisma ꝛ diui/
siōȝ ī isrl': ꝑ qđ ostē
dit̄ q̄ scismatici et
heretici a nūero sā
ctoꝝ sēt penit⁹ alie/
ni [p⁹ hec vidi tur/
bā magnā quā di/
nūerare nēo poterat ex oīb⁹ gētib⁹]. s. barba
ris natiōib⁹ [ꝛ tribub⁹]. s. vni⁹ gētꝭ. s. filio/
rū isrl' [ꝛ pplīs] singlaꝝ vrbiū [ꝛ liguis]
q̄ ī vna gēte q̄nq̄ʒ diuerse sēt [ꝛ erāt stātes
añ thronū] q̄si ꝑati obedire deo [in ꝯspe/

ctu agni].ſ. vt ↄſpicerent ab agno. i. Jeſu chriſto [amicti ſtol' alb].i. dealbatis ꝑ baptiſmū ꝛ pniam in hac vita pñti [et palme].i. gl'ia triūphal'[i manib' eorū].i. opib' eoꝝ q̄ ad ſtatū futuꝝ ptinet [ꝛ clamabāt voce mag̃] reddētes pro ſalute ſua dño grāꝝ actiões: [dicētes. Sal' dō noſtro].ſ. dō pri [q̄ ſedet ſup thronū].i. ſup ſctōs ſuos i q̄b' iudicat ꝛ aſcribit: [agno].ſ. filio dei [ꝛ oēs angeli ſtabāt]tā. ꝯ dō obedire pati [in circuitu thrōi ꝛ ſenioꝝ ꝛ q̄tuor aīaliū]. i. epiſcopoꝝ ꝛ priarchaꝝ tā i celo regnātiū [ꝛ ceciderūt i cōſpectu throni i facies ſuaſ ꝛ adorauerūt deū] ſcȝ hūiliātes ſe corā dō [dicētes am̄] Iſtō amē ē ↄfirmatio h' laudis [Benedictō].i. lau' [ꝛ claritas]. i. ipaſſibilitas [ꝛ ſapia] q̄ nouit om̄ia [ꝛ honor].i. reuerētia [ꝛ grāꝝ actio] ꝑ collatis bñficiis [ꝛ vt'] id eſt potētia opandi [ꝛ fortitudo]. i. effect' ꝟtutꝫ ſupne potētie [dō nřo i ſecula ſclōꝝ amē.] Scim' q̄m diligentib' deū ꝛc. In initiū ill' ep̄le ſcribit ſcūs Pau. i eo. c. di. Nō ſt ↄdigne paſſiões h' tpis ad futurā gl'iaꝫ q̄ reuelabit i

Amē. Bñdictio et claritas et ſapiētia et grārumactio et honor et virtus et fortitudo deo nřo.

In feſto ſancti martini epiſcopi epiſtola:

Ecce ſacerdos magn' q̄ i diebus ſuis placuit dō ꝛc. Quā epiſtolā q̄re infra in cōi ſanctoꝝ.

Itē de ſancta Elizabeth.

Mulierē fortē q̄s inueniet ꝛc. Hāc epiſtolā quere ante i feſto Marie magdalene.

In feſto ſctē Katherine virginis et martyris.

Qui gl'iat in dño glorietur ꝛc. Hāc ep̄laꝫ q̄re infra i cōi ſctōꝝ.

# Incipit poſtilla de cōmuni ſanctoꝝ. Et primo de apoſtolis Ro. viii.

Scim' q̄m diligentibus deū oīa cooperant i bonū his qui ſc̄m ꝓpoſitū vocati ſūt ſcti. Nā q̄s preſciuit ꝛ p̄deſtinauit ↄformes fieri imaginis filij ſui vt ſit ip̄e primogenitus in multis fratribus. Quos aūt predeſtinauit hos et vocauit: et quos vocauit hos et iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit illos et magnificauit.

nob. Tūc ſeq̄t pñs ep̄la [Fr̄eſ. Scim' q̄m diligētib' deū].ſ. Cor. i. charitatē dei ꝛ ꝓxi hñtib' [oia coopāt i bonū].ſ. ꝑ ſpūlia cū tā ꝓſpa q̄ꝫ aduſa: ꝛ ↄ̄trio mal' oia coopāt i malū [hiſ q̄ ſc̄m ꝓpoſitū] Ly. i. p̄deſtinatōeꝫ [vocati ſt ſcti].ſ. i pñti ꝑ grāꝫ: iſtꝫ etiā peccata ꝓpa i bonū ꝓueniūt q̄ꝛ fortioreſ ꝛ cautiores reſurgūt ꝛ etiā i gl'ia ad bonū coꝝ fac̄ pctōruꝫ mēoria: ſic cicatrices vl'neꝝ ad gl'iaꝫ militis q̄ i bello finaliter triūphauit. [Nā q̄ſ p̄ſciuit].i. añq̄ꝫ eēnt cognouit [ꝛ p̄deſtiauit].ſ. ill' grā i pñti ꝛ gl'iaꝫ in futuro p̄ꝑauit [ↄformeſ fieri imagis filij ſui] Ly. q̄ꝛ filiatio di adoptiua eſt q̄dā ſilitudo filiatōis natural' diuie [vt ſit ip̄e p̄mogenit' i mltꝫ frīb'].i. int̄ mltoſ frēs.ſ. oēſ fideleſ. Vn̄ Heb. ij. Nō ↄfūdit frēs eoſ vocare di. Narrabo nomē tuū frīb' meis [q̄s āt p̄deſtinauit] Gor. i. ab eterno ad gl'iaꝫ elegit [hoſ ꝛ vocauit] ad fidē adducēdo. ꝛ h̄ vl' exti' ꝑ p̄dicatōꝫ vl' inti' ꝑ iſpirationem [ꝛ q̄s vocauit hoſ ꝛ iuſtificauit] pctōꝝ r̄miſſiōe ꝛ bona opatōe [q̄ſ āt iuſtificauit] pctā r̄mittēdo [illoſ ꝛ magficauit] i ꝟtutib' āplificādo l' i gl'ia exaltādo.

Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si de⁹ ꝓ nobis quis ꝯtra nos? q̄ etiā ꝓ ꝓrio filio ſuo nō pepcit: ſꝫ ꝓ oib⁹ nobiſ tradidit illū. Quō nō etiā cū illo oīa nobis donauit? q̄s accuſabit aduerſ⁹ electos dei: de⁹ qui iuſtificat: q̄s eſt qui cōdemnet? chriſt⁹ ieſus qui mortu⁹ eſt: imo q̄ ⁊ reſurrexit: q̄ eſt ad dexterā dei q̄ etiā interpellat ꝓ nobis. Quis ergo ſepabit nos a charitate xp̄i. Tribulatio an āguſtia: an fames an nuditas: an periculū: an pſecutio: an gladius? Sicut ſcriptum eſt. Quia ꝓpter te mortificamur tota die: eſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſiōis. Sed i his oībus ſupamus ꝓpter eū q̄ dilexit nos. Cert⁹ ſum eñ quia neqꝫ mors neqꝫ vita neqꝫ angeli neqꝫ principatus neqꝫ virtutes: neqꝫ inſtātia neqꝫ futura neqꝫ fortitudo neqꝫ altitudo neqꝫ ꝓfundū neqꝫ creatura alia poterit nos ſeparare a charitate dei: q̄ eſt in chriſto ieſu dño nr̄o.

[Quid ergo dicemus ad hec? ſi deus pro nobis] ſcꝫ nos adiuuans. Si hic accipit pro quia: quia deus eſt pro electis [quis contra nos] quaſi diceret nullus ⁊ qꝛ nullus poteſt reſiſtere poteſtati diuine [q̄ etiam ꝓprio filio ſuo] ſcꝫ naturali [nō pepercit: ſed pro nobis] ſcꝫ peccatoribus [omnibus tradidit illum] ex maxima dilectione ad electos [Quomodo non etiam cum illo] ſcꝫ nobis donato [omnia nobiſ donauit] ſcꝫ ad ſalutē neceſſaria: gratiam in preſenti et gloriam in futuro: [q̄s accuſabit aduerſuſ electos dei] ſcꝫ in iudicio finali. q. dice. nullus: ⁊ cauſa ſubdit. [deuſ qui iuſtificat] ſententiando pro electis: ideo ꝑs aduerſa demonū non audebit mutire [quis eſt qui condēnet.] quaſi diceret null⁹ [ieſus qui mortu⁹ eſt] Sꝫ pro nobis reconciliādis [immo qui et reſurrexit] pro nobis reſuſcitandis [qui eſt ad dexterā dei.] ꝓ nobis in celum eleuandis [qui etiam interpellat pro nobis] Ly. apud patrem oſtendēdo latus et vulnera. Et ſic tollit omnis cōdemnationis cauſa. Vñ Bern. Mat oſtendit filio pect⁹ ⁊ vbera: filius oſtēdit patri latus et vulnera: nulla poteſt eſſe repulſa vbi ſunt tot amoris inſignia [quis ergo nos ſeparabit a charitate chriſti] quaſi di. nullus. Nihil enim poteſt hominē a deo ſeparare niſi peccatū mortale [Tribulatio an anguſtia: an pſecutio: an fames: an nuditas: an piculū: an gladius.] Nūquid ergo ſeperabūt nos iſta a charitate chriſti. Nō. quia charitas oia ſuffert omia ſuſtinet. i. Cor. xiij. [Sicut ſcriptū eſt] in pſ. xliij. [quia propter te mortificamur tota die] id eſt varijs tormētis ducimur ad mortē quaſi cōtinue: ſicut patuit i apl'is ⁊ martyrib⁹: [eſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſiōiſ] Ly. qꝛ occiſio reputat vtil': ſic tyranni bona martyrū capiebāt: et cū hoc obſequiū ſe pſtare deo reputabāt. vt patet Joh. v. Venit hora vt ois q̄ interficit vos arbitret obſequiū ſe pſtare deo [Sꝫ in hijs oib⁹] ſ. poſiti [ſupam⁹] id ē vincim⁹ [ꝓpt eū]. i. ei⁹ ꝟtutē [q̄ dilexit nos: Cert⁹ ſū ei qꝛ neqꝫ mors] Ly. i. timor mortis [neqꝫ vita] i. amor vite [neqꝫ angeli. ſ. infimi [neqꝫ principat⁹]. i. medij [neqꝫ ꝟtutes]. i. ſupremi ſ. ꝑme hierarchie: q̄rꝫ ē facere miracl'a: et ꝑ hos etiā intelligunt alij ſuꝑiores illis: [neqꝫ inſtātia]. i. pñtia mala vl' bōa [neqꝫ futa] mala vl' bōa [neqꝫ fortitudo]. i. alic⁹ violētia [neqꝫ altitudo]. i. ꝓſpitas fortūe [neqꝫ ꝓfundū]. i. aduerſitas [neqꝫ creatura alia] a p̄dictꝫ [poterit nos ſepare a charitate dī] q̄ deū diligim⁹ [q̄ ē i xp̄o ieſu dño nr̄o] ſupple nob onſa. Quia maiorē charitatē nemo hꝫ ⁊c. Johā. xv.

Itē alia epiſtola ꝺ apoſtolis. Epheſ. ij.

Jam nō eſtis hoſpites et aduene: ſꝫ eſtis ciues ſanctoꝝ ⁊ domeſtici dī ſuꝑedificati ſuꝑ fundamentū apoſtoloꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ ipo ſūmo angulari lapide chriſto ieſu: ī quo oīs edificatio ꝯſtructa creſcit in tēplū ſanctū in dño: in q̄ et vos coedificamini in habitaculū dei in ſpūſctō.

Sequiť nūc epl'a de euāgeliſtis. Eccl'. xv.

Qui timet deū faciet bonū ⁊ qui ꝯtinēs eſt iuſticie apprehēdet illā ⁊ obuiabit illi quaſi mater honorificata ⁊ quaſi mulier a virginitate ſuſcipiet illū. Cibabit illū pane vite ⁊ intellect⁹: ⁊ aq̄ ſapientie ſalutaris potabit illum: ⁊ firmabiť in illo ⁊ nō flecteť: ⁊ cōtinebit illū ⁊ non ꝯfundeť: ⁊ exaltabit illū apud proximos ſuos.

Jam nō eſtꝫ hoſpites ⁊ aduene ⁊c. Ante initiū illi⁹ epl'e ſcribit ſanctus Pau. in eo. capi. dicēs: Deus qui diues eſt in miſericordia ꝓpter nimiā charitatē ſuā qua dilexit nos: cū eſſemus mortui pctīs cōuiuificauit nos ī xp̄o: cuius gratia eſtis ſaluati. Poſtmodū ſequiť preſens epl'a poſt pauca [Fratres: Jam nō eſtis hoſpiteſ ⁊ aduene] Ly. a deo ⁊ a ſanctꝫ eius [ſed eſtꝫ ciues ſanctoꝝ] .i. de nūero coꝝ [⁊ domeſtici dei]. i. in eius eccleſia recepti [ſuꝑedificati] .i. inſtructi [ſuper fūdamētum apoſtoloꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ] id eſt ſuꝑ doctrinā noui ⁊ veteris teſtamti [ipo ſūmo angulari lapide chriſto ieſu] Lyr. in edificatiōe templi ſalomonis vt dicitur: fuit quidā lapiſ pluries reiectus ab edificantibus: eo ꝙ nō conueniebat loco cui applicabať finalit tamen optime ſedit ī ſūmitate edificij in angulo duos parietes cōiungendo: et fuit figura xp̄i iudeos ⁊ gentiles tā q̄ꝫ duos parietes in vnā eccleſiam ꝯiūgētis. Unde diciť in pſ̄. cxvij. Lapidē quē reprobauerūt edificātes hic fact⁹ eſt in caput anguli: a dño factū ē iſtō. Et iſtā figurā ponit hic apl's vt dictū eſt [ī q̄ oīs edificatio ꝯſtructa] tā a iudeis q̄ꝫ a gētibus [creſcit] .ſ. ꝑ augmētū ꝟtutū [ī tēplū ſanctū ī dño] .i. quiſq3 ſit tēplū dñi ſctm̄ [in q̄ ⁊ vos coedificami] cū alijs fidlib⁹ [ī habitaculū dei in ſpūſctō] .i. ipo coopante ſine quo nullū opus eſt acceptū deo.

Qui timet deū faciet bonū ⁊c. Ante initiū illius lectiōis habeť in p̄cedēti cap. Btūs vir q̄ in ſapiētia morabiť ⁊ q̄ in iuſticia meditabiť: et in ſenſu cogitabit circūſpectionē dei. Tūc poſtmodū ſequiť p̄ſens lectio. [Qui timet deū.] Ly. ſ. timore filiali [faciet bonū] ſuꝑple op⁹ [⁊ q̄ ꝯtinēs eſt iuſticie] Ly. id eſt tenēs eā in corde ſu' ⁊ ope [apphēdet illā] .ſ. ſapientiam diuinā [⁊ obuiabit illi] Nam preoccupat eos q̄ ſe cōcupiſcūt vel ill' prior ſe oñdit. Sapi. vi. [q̄ſi mať honorificata] Ly. oīni honore dig̃ [cibabit illū pane vite]. id eſt ꝟbo ſacre ſcpture. Un̄ Matt. iiij. Nō ī ſolo pane viuit hō ſed in omni verbo qđ ꝓcedit de ore dei [⁊ aq̄ ſapiētie ſalutaris potabit illū] .i. ſpūſſanctu: de qua diciť Johan. iiij. Qui biberit ex aq̄ quā ego dabo ei fiet ī eo fons aque ſaliētis in vitam eternā [⁊ firmabiť in illo] Ly. deo firmiter adherēdo [⁊ nō flecteť] a rectitudine iuſticie [⁊ continebit illū] id eſt de⁹ cōtinebit eū ſecū per ꝑſeuerantiā in bono [⁊ non confundeť] cum reprobis ſed honorabitur cū electis. Ideo ſequiť [exaltabit illum apud ꝓximos ſuos] Lyr. id eſt apud ſanctos ſuos qui ſūt deo ꝓpinqui: ⁊ quia talis non ſolum ꝓficit ſibi ad ſalutē: ſed

Et ī medio eccl'ie aperiet os ei⁹
et implebit illū ſpū ſapiētie τ in
tellect⁹ et ſtola gl'ie veſtiet eum
Jocūditatē et exultationē the=
ſaurizabit ſup illū: τ noīe eterno
hereditabit illū.

Itē epiſtola de vno martyre.
Eccl'.xxxj.

B Eatus vir q̄ inuētus eſt
ſine macula: τ q̄ poſt au
rū nō abijt: nec ſperauit
in pecunia et theſauriſ. Quis eſt
hic et laudabim⁹ eū: fec̄ em̄ mi=
rabilia in vita ſua. Qui ꝓbatus
eſt in illo τ pfect⁹ inuētus eſt: τ
erit illi gl'ia eterna. Qui potuit
trāſgredi τ nō eſt trāſgreſſus: fa=
cere mala τ nō fecit. Ideo ſtabi
lita ſūt bona illi⁹ in dn̄o: τ ele=
moſynas illius enarrabit omnis
eccleſia ſanctorum.

Itē alia epiſtola de vno mar
tyre: Prouer.iij.

B Eat⁹ hō q̄ īuenit ſapien
tiā τ q̄ affluit prudētia:
melior ē acq̄ſitio ei⁹ ne=
gociatiōe auri τ argēti p̄mi τ pu

etiā alijs. Iō ſequit[ τ in medio eccl'ie ape
ruit os eius ].ſ.ad docendū ppl'm [ τ iple/
uit eū dn̄s ſpū ſapiētie ] ad deguſtādū di/
uina [ τ intellect⁹ ]ad ꝓponēdū ea lucide ī
eccl'ia [ τ ſtola gl'ie ].ſ.corꝑis τ aie [induit
eū ]qđ ſemꝑ fit ꝑſe
uerātib⁹ in exēpla/
ritvita τ ſalutari do
ctrina [iocūditatē
et exultationē the/
ſauriſabit ſuꝑ eū]
id eſt m'tiplicabit
τ qm̄ hec gl'ia nō ē
trāſitoria: iō ſbdit:
[ τ noīe eterno he/
reditabit illū dn̄s
deus noſter ].

B Eatus vir
q̄ inuēt⁹ eſt
τc̄. Añ ini/
tiū illi⁹ lectiōis ha
bet. Qui aut̄ dili/
git nō iuſtificabit.
Tūc poſt h̄ ſequit
p̄ns lectio [ Btūs
vir ].ſ.diues in acq̄
ſitiōe ſcʒ iuſta [ qui
inuētus ē ſine ma/
cula [.ſ.cupiditatiſ
τ auaricie [ et q̄ p⁹
aut̄ nō abijt ] Ly.ꝑ
ꝯcupiſcentiā malā
ſed magis aurū ſe/
cutū eſt eū cui⁹ ob/
ſeq̄o vſus eſt ī ope/
rib⁹ pijs τ honeſtis
[nec ſperauit in pe
cunia τ theſauris ]
ibi ꝯſtituendo finē
ſuū. [ Quis eſt hic
τ laudabim⁹ eū ] q̄
ſi di. rarus eſt τ lau
de dign⁹ [fecit em̄
mirabilia in vita ſua ] illa em̄ q̄ rara ſunt
hoīes mirant[ qui ꝓbat⁹ eſt in illo.ſ.auro
[ τ pfect⁹ inuēt⁹ eſt ] in opib⁹ liberalitatis
et miſcdie [ τ erit illi gl'ia eterna ] Unde
Matth.xxv. Uenite bn̄dicti p̄ris mei τc̄.
[ q̄ potuit trāſgredi ] nā diuitie dāt oppor/
tunitatē faciēdi mala [ τ nō ē trāſgreſſus:
facere mala τ nō fecit ] per ſtabilitatē vo/
luntatis eius in bono [ ideo ſtabilita ſunt
bona illius in domino ] Nā pro tēporalib⁹
recipit eterna [ τ elemoſynas illius enar/
rabit omnis eccleſia ſanctorum ].ſ.ad in
formationē aliorū.

B Eatus ho/
mo qui iue
nit ſapien/
tiam τc̄. Ante ini/
tium illius lectōis
habet. Quē enim
diligit deus corri/
pit et quaſi pater ī
filio cōplacet ſibi.
Tūc ſtatim ſequi/
tur preſens lectio.
[ Beatus homo q̄
inuenit ſapientiā ]
Lyr. id eſt noticiā
d̄ diuinis [ τ qui af
fluit prudentia ] in
agibilibus huma/
nis [ melior eſt ac/
quiſitio eius nego
ciatiōe auri τ argē
ti ] tāto meliora ſūt
ſpūalia bōa corpo/
ralibus [ p̄mi τ pu/
riſſimi fructuſ ei⁹ ]
Et notanter dicit
primi: quia nulluʒ
opus bonū eſt niſi
virtute prudētie di
rigatur [ et puriſſi/
mi ] quia bona ſpi/
ritualia nō habent
aliquod maluʒ ad
mixtum: ſicut fre/
quenter habēt cor/
poralia: ſicut aurū
argētum τ ſimilia
habent annexā ſol
licitudinem: eleuationē mentis ad deum
impedientē: ideo ſubdit [ precioſior eſt cūc/
ctis opibus ] ſapientia [ et omnia q̄ deſi/
derant huic non valent comparari. Lōgi/
tudo dierū in dextera eius ] quia talis pri/
mo et principaliter habet aſpectum ad ce
leſtia τ eterna [ τ in ſiniſtra illius diuitie τ

gloria] quia secūdario ꝛ ex cōsequēti aspe
ct im ad temporalia bene administranda
[vie eius vie pulchre: ꝛ omnes semite ei⁹
pacifice] quia nullā turpitudinē admittit
et ad decorē virtutū inducit: et sic hominē
pacificū reddit re/
digendo vires in/
feriores in obsequi
um ratiōis [lignū
vite ē his qui app/
henderint eā] Ly.
sicut enim p lignū
vite cōtinuabatur
vita: vt sic hō ma/
nens in statu inno
centie de vita natu
re transisset ad vi/
tā glorie sine mor/
te media: sic ꝛ sapi/
entia ꝺ vita gratie
ducit hominem ad
vitā glie sine mor/
te mortalis culpe i
termedia: dum ta/
men hic in ea perse
uerat [et qui tenue
rit eam beatus] qꝛ
certitudinaliter ad
beatitudinē pdu/
cetur [dominus sa
piētia fundauit ter
ram] per sapienti/
am suam [stabili/
uit celos pruden/
tia] quia sūt i cor/
ruptibiles [sapien/
tia illius eruperūt
abissi] ꝛ hoc tem/
pore diluuij. vt ha/
betur Gen. vij. Ru
pti sunt omnes fon
tes abissi magne:
[Et nubes rore cō
crescunt] quia ca/
lore solis eleuātur
exalationes humi/
de et condēsantur
in nubes.

rissimi fructus eius ꝑciosior est
cūctis opib⁹: sapiētia ꝛ oīa q̄ de
siderant huic nō valēt cōparari
Lōgitudo dierꝫ ī dextra eius: ꝛ
in sinistra illi⁹ diuitie ꝛ glia: vie
ei⁹ vie pulchre: ꝛ oēs semite ei⁹
pacifice. Lignū vite est his qui
apphēderint eā: ꝛ q̄ tenuerit eā
beati. Dn̄s sapiētia fundauit ter
rā: stabiliuit celos prudētia. Sa
piētia illi⁹ erupunt abyssi ꝛ nu=
bes rore ꝯcrescunt.

Itē alia epistola de vno mar
tyre. Eccle. xiiij.

Beatus vir q̄ in sapientia
morabit̄ ꝛ qui in iusticia
sua meditabit̄: et in sen=
su cogitabit circūspectionē dei.
Cibabit illū pane vite ꝛ intelle=
ct⁹: ꝛ aq̄ sapiētie salutaris pota=
bit illū. Et firmabit̄ in illo ꝛ non
flectet̄: ꝛ ꝯtinebit illū ꝛ nō ꝯfun
det̄: ꝛ exaltabit illū apud ꝓxios
suos: ꝛ noīe eterno hereditabit
illū dn̄s deus noster.

Itē alia epistola de vno mar=
tyre. Eccl. xxxix.

Beatus vir qui in sapiētia ꝛc. An/
te initium illius lectiōis habetur
in eodem capitulo. Beatus vir qui non
est lapsus verbo ex ore suo. Tunc post hoc
sequitur ꝑsens lectio non post pauca [Be
atus vir qui in sapientia morabitur] Ly.
medicando diuina quorum cognitio pro/
prie dicitur sapien/
tia: quasi sapida sci
entia [et qui iniu/
sticia sua medita/
bitur] reddendo
deo debitum cul/
tuꝫ et proximo suo
amorem fraternuꝫ
[et insensu cogita/
bit circumspectio/
nem dei]. id est qꝛ
deus circumspicit
oīa et vbiqꝫ. Vn̄
Hebreorum quar/
to. Omnia nuda ꝛ
aperta sunt oculis
eius [Cibabit il/
lum pane vite]. id
est verbo sacre scri
pture [et intellect⁹
et aqua sapientie
salutaris potabit il
lum] id est gratia
spiritussācti [ꝛ fir/
mabit̄ in illo] Ly.
deo firmiter adhe/
rendo [et non fle/
ctetur] scilicet a re
ctitudine iusticie:
[et continebit il/
lum et non confun
detur] scilicet cum
reprobis: sed hono
rabitur cum elect⁹
[et exaltabit illum
apud proximos su
os] id est apud san
ctos suos qui sunt
deo propinqui [et
nomine eterno he/
reditabit illum do
minus deus no/
ster.

Postilla.

Iuſtꝰ cor ſuũ tradet ⁊c̃. Ante initium illius lectiõis habet̃ in eo. ca. Sapiẽtiã oĩm antiquoꝝ exquirit ſapiẽs. Et narrationẽ viroꝝ noĩatorũ cõſeruabit. Nũc ſequit̃ pſens lectio ſiue epiſtola pꝰ pauca [Iuſtus cor ſuum tradet] Lyr. voluntarie. [ad vigilandũ diluculo]. i. a iuuẽtute [ad dñz qui fecit illũ]. ſ. ad ipſuz intentionẽ dirigẽs deuote et attente: [et in cõſpectu altiſſimi deprecabit̃] pro impetratiõe ſapiẽtie. [aperiet os ſuũ in oratione pro peccatis ⁊ delictis ſuis]. ſ. emendandis [deprecabit̃] vt ſic ad receptionem diuine ſapientie diſponat̃ [ſi em̃ dominꝰ magnꝰ voluerit ſpiritu intelligentie replebit illum et ipſe] ſpiritu intelligentie repletus [tãq̃ʒ imbres] id eſt abundanter. [mittet eloquia ſapiẽtie ſue] ad docẽdũ ignorantes [et in oratione ꝯfitebitur dño] totum effectum attribuẽ hõnori diuino [et ipſe] ſcʒ deus [diriget conſilium eius] in agendis [et in abſconditiſ ſuis cõſiliabitur] ſcʒ obſcura clarius ſibi reuelando [⁊ ipſe] a deo illuminatus [palam faciet diſciplinam doctrine ſue] ſibi reuelata aliis propalando [et in lege teſtamenti dñi gloriabitur [hec enim eſt gloria ſapientis in lege domini meditari [collaudabunt multi ſapientiam eius] non dicit omnes: quia homines mundani ipſum reputant imprudentem: eo ꝙ non querit ſci-

Iuſtꝰ cor ſuũ tradet ad vigilãdum diluculo ad dñm q̃ fec illũ: ⁊ in ꝯſpectu altiſſimi deꝑcabit̃. Apiet os ſuũ in oratiõe ꝓ pctis ⁊ delictis ſuis deꝑcabit̃. Si em̃ dñs magnꝰ voluerit ſpũ intelligẽtie replebit illũ: ⁊ ipe tãq̃ʒ imbres mittet eloq̃a ſapiẽtie ſue: ⁊ ĩ orõne confitebit̃ dño. Et ipe diriget ꝯſiliũ et diſciplinã: ⁊ in abſcõditis ſuiſ ꝯſiliabit̃. Ipe palã faciet diſciplinã doctrine ſue: ⁊ ĩ lege teſtamẽti dñi gl'iabit̃. Collaudabunt m̃lti ſapiẽtiã eiꝰ: ⁊ vſq̃ʒ in ſecl'm nõ delebit̃. Non recedet memoria eiꝰ: ⁊ nomẽ eiꝰ requiret̃ a generatiõe in generationem.

Epl'a de pluribus martyribꝰ Sapientie. iij.

Iuſtorum anime in manu dei ſunt ⁊ non tanget illos tormentuz mortis.

entiam lucratiuam [et vſq̃ʒ in ſeculum nõ delebitur] ſcʒ doctrina ſapientie eiꝰ. vt patet Matth. xxiiij. Celũ et terra tranſibũt: verba autem mea non tranſibunt [non recedet memoria eius] ſcʒ ſapientis [et nomen eius requiret̃ a generatione ĩ generationem] quia per doctrinam ab eo ſcriptam remanebit nomen eius inter homines qui vtuntur illis ſcriptis ad profectum ſuum ⁊ ad ſalutem animarum ſuarũ.

Poſtilla.

Iuſtoꝝ anime in manu dei ſunt ⁊c̃. Ante initiũ illius lectionis habetur ſic. Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ: imitant̃ aũt illum qui ſũt ex parte eiꝰ. Tunc ſequitur pſens lectio ſiue epiſtola [Iuſtorũ anime ĩ manu dei ſt] Lyr. ſunt enim anime iuſtorum ĩmortales et ſeperate a corporibus ꝑ mortem: et ſunt in manu diuine miſericordie per ſecuritatem glorie conſequende. Nam tempore paſſionis chriſti poſtq̃ʒ aperta eſt ianua glorie ſi non habent aliquid ad purgandum ſtatim euolant ad gloriam: ſi autez habent aliquid ad purgandum detinentur in manu diuine iuſticie in pena purgatoꝛij ad tempus. ſunt tamen ſecure de beatitudine conſequenda: ergo dicitur hic. [Iuſtorum anime in manu dei ſunt: et non tanget illos tormentum mortis] ſcilicet tormentum gehenne.

Viſi ſunt oculis inſipientiũ mo
ri: ⁊ eſtimata eſt afflictio exitus
illoꝝ. Et ab itinere iuſto abierũt
in exterminiũ. Et qd̓ a nobis eſt
iter exterminiũ: illi aũt ſunt ĩ pa-
ce. Et ſi corã hoīb⁹ tormẽta paſ-
ſi ſũt ſpeſ illoꝝ ĩmortalitate ple
na eſt. In paucis vexati: ĩ mł'tis
bene diſponent̄: qm̄ deus tẽpta
uit eos. ⁊ inuenit eos dignos ſe.
Tanq̄ auꝝ in fornace ꝓbauit il
los: ⁊ quaſi holocauſta hoſtiam
accepit illos: ⁊ in tp̄e erit reſpe-
ctus illoꝝ. Fulgebũt iuſti ⁊ tan
q̄ ſcintille in arũdineto diſcur-
rent. Iudicabunt natiões ⁊ do-
minabunt̄ populis. Et regnabit
dñs illoꝝ imꝑpetuũ.

Item alia epiſtola de marty-
ribus. Sapiẽtie. v.

Iuſti aũt imꝑpetuũ vi-
uent ⁊ apud dominum
eſt merces eoꝝ: ⁊ cogita
tio illoꝝ apud altiſſimũ. Ideo
accipient regnũ decoris ⁊ dya-
dema ſpeciei d̓ mãu dñi: qm̄ dex
tera ſua teget eos: ⁊ brachio ſan
cto ſuo defendet illos. Et acci-

[Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori] tota/
liter in aīa ⁊ corpe [⁊ eſtimata eſt afflictio
exitus illoꝝ. Et ab itinere iuſto abierunt
in exterminiũ] de hoc mũdo reputata eſt
mera afflictio ab illis q̇ aliã vitã hoīs nõ
credunt; poſt hanc
vitã [⁊ qd̓ a nobis
eſt; iter exterminij]
ſm̄ errorẽ illoꝝ qui
dicunt homines re
cedentes a nobis p
mortẽ: totaliter ex/
terminari [illi au/
tem] ſcꝫ iuſti [ſunt
in pace. Et ſi coraꝫ
hominibus tormẽ
ta paſſi ſunt: ſpes
illoꝝ ĩmortalitate
plena ē] qꝛ nõ pōt
amitti. ĩmortalita/
tis vero ade nõ fu/
it plena: quia amit
ti poterat ⁊ fuit a/
miſſa [in paucꝭ ve/
xati] id eſt tribula/
ti [in multis bñ di
ſponent̄] p gł'iã ani
me ⁊ corpis] quo/
niam deus tempta
uit eos] ſcꝫ vt vir/
tus patientie eorũ
nota fieret alijs ad
exemplũ imitatio/
nis [⁊ inuenit eos
dignos ſe tanq̄ au
rum in fornace pro
bauit illoſ]. ſ. q nõ
deteriorant̄ ſed me
liorant̄ [et in tẽpo/
re tribulatiõis erit
reſpectuſ illorum]
non ſolũ q̄tum ad
animã: ſed etiã q̄n/
tum ad corpus qd̓
reſurget glorioſum
[fulgebunt iuſti] p dotẽ claritatis [⁊ tan/
q̄ ſcintille in arũdineto diſcurrẽt] per do/
tem agilitatis [iudicabunt nationes] nã
perfecti iudicabunt cũ chriſto in iudicio
finali [⁊ dominabunt̄ populis: ⁊ regnabit

dominus illorum in perpetuum.
Iuſti autẽ imperpetuũ viuent; ⁊c.
Ante initiũ illius lect. habetur in
eo. capi. q damnati in inferno quo/
tidie clamant: quid nobis profuit
ſuperbia: aut diui/
tiarum iactantia
quid cõtulit nobis
tranſierunt omnia
illa tanquã vmbra
Tunc ſequitur pre
ſens lec. que hodie
p epiſtola in miſſa
legitur: in qua de/
monſtratur que ſit
merceſ martyrum:
qualiter a domino
protecti: qualiter a
domino armati ad
pugnam cõtra ini/
micos fidei proceſ
ſerunt: ⁊ ſic ad eter
nam beatitudineꝫ
peruenerunt: ergo
hic dicit̄ [Iuſti au/
tem imperpetuum
viuent] ſcilicet vi/
ta glorie [et apud
dominum eſt mer/
ces eorum] ſcilicet
a quo ſperãt premi
ari non a mũdo [et
cogitatio illorum
apud altiſſimũ] ad
cuius honorẽ ordi
nãt facta ſua. Ideo
accipient regnum
decoriſ ⁊ dyadema
ſpeciei de manu do
mini]. ſ. celeſtẽ glo
riã vbi nihil ē tur/
pe [quoniam dextre
ra ſua teget eos] re
ponendo eos in be
atitudinem: que p
dexterã intelligitur [⁊ brachio ſancto ſuo
defendet illos] In hoc deſignatur ſecuri/
tas beatitudis que a nullo poteſt auferri:
Poſt hoc deſcribit miſeriã iniquoꝝ dicẽſ:
[et accipiet armaturam zelus illius] Nã

piet armaturā zelus illius: ⁊ ar-
mabit creaturā ad vltionē inimi-
coꝝ. Induet ꝓ thorace iusticiā
et accipiet ꝓ galea iudiciū cer-
tū. Sumet scutū inexpugnabile
equitatē: ibūt directe emissiōes
fulgurū: ⁊ ad certū locum dedu
cet illos dn̄s deus noster.

Itē alia epistola de pluribus
martyribꝰ. Sapiētie. x.

R Eddet deus oēm merce
dē laboꝝ sctōꝝ suoꝝ
⁊ deduxit illos ī via mi-
rabili. Et fuit illis in velamento
diei: ⁊ in luce stellarum nocte.
Trāstulit illos ꝑ mare rubꝝ et
trāsuexit illos ꝑ aquā nimiā: ini
micos aūt illoꝝ dimersit ī ma-
re: et ab altitudine inferoꝝ edu
xit illos. Iō iusti tulerūt spolia
īpioꝝ: ⁊ decātauerāt dn̄e scm̄
nomen tuū ⁊ victricē manū tuā
